

*Vindiciarum Evangelicarum*

*Sive*

# DISPUTATIONUM

EX EVANGELIIS ANNIVER-  
SARIIS CONTRA ERRORES ET

corruptelas Adversariorum, in Schola Muni-

ficentiæ Brandenburgicæ ad Fontem-salutis

(Monasterium ita dictum) propositarum

## DECAS SEXTA

& Ultima.

*Continens Evangelia Dominicæ XVI. usq; ad XXV.*

*Trinitatis inclusive.*

AUTORE

### JOHANNE MEELFÜHRERO

IBIDEM ABBATE



NORIBERGÆ,

Typis LUDOVICI LOCHNERI.

Sumptibus SIMONIS HALBMAYERI Bibliopolæ.

M. DC. XX.

*Viris, pietate, virtute, prudentia & auto-  
ritate amplissimis*

## Dominis consulibus & senatori.

bus in clytæ Reipublicæ, in libera & Imperiali urbe Nord-  
linga, Dominis meis plurimum colendis

Salutem & Facem in Christo JESU.

**S**I unquam precedentibus meis Decadibus singulari favore & patrocínio opus fuit: certè nunc potissimum benevolunt receptum merito desiderare & ambire videntur fugitive hæc pagina Decadis sexta, quæ flammam (nuper, ut a permittente benignissimo Jehova, tum in alia, tum in rimis in Bibliothecam meam grassatam) vix evaserunt, idcoq; quasi trepidè refugium querunt.

Ad Vestras igitur amplissimas Dignitates, Viri Amplissimi Prudentissimi, meo jussu properant, de quibus longè lateq; constat, quod non tantum vestra Dicasteria justitia & salutaribus legibus ad honestam tranquillitatem spectantibus sed etiam templa, scholæq; religioni orthodoxæ, exercitui sinceræ pietatis & zelo pro doctrinæ æst in Aug confessione & formula Concordiæ comprehensa, liberale hospitium adhuc & constanter præbeant.

In hac Decade, ut & precedentibus, asseritur illa doctrina, quæ ante integrum sæcè seculum, Anno 1522. in vestra templa & Scholas magno applausu recepta, deinceps usq; ad præsens tempus, perpetuatione nunquam interrupta, (de quali felicitate nonnullæ Lutherana Ecclesiæ gloriari non possunt) personat. Quanto igitur zelo aversamini contraditones salvificæ veritati hinc inde, à pseudo-doctoribus oppositas, tanta benevolentia admittite hæsc vindicias, quæ pio conatu hoc agunt, ut simplicitas Evangelicæ intra nostras Ecclesias ab heterodoxis insidiis tutior maneat, & in discipulorum cordibus firmiter hæreat, sub præsidio Archi-episcopi Omnipotentis: Qui V. A. D. Vestramq; Ecclesiam & Rempublicam, devotè commen-  
do, Heilsbronnæ, die 7. Martii, Anno:

Ira Dei præCeps Vret VehementIVs Igne:

Att præCibVs sVperanda Dei est arDentibVs Ira.

V. Ampl. Dignit.

reverenter colens

JOHAN: MEELFÜHRER,

HV 3694/6

DECAD. VI. DISPUT. I.

## DOMINICA XVI.

POST TRINITATIS,

Luc. 7. vers. 11. 17.

I.



Extam hanc, & quoad Dominicalium Evangelicorum seriem, ultimam Decadem exorsurus, liberalissima tua, ô Christe misericors, promissione fretus, *multo magis pater cælestis dabis Spiritum Sanctum invocantibus se.* Luc. 11. v. 13. humiliter peto os & sapientiam, cui non possint contradicere, neq; resistere omnes, quæ te opponent, Luc. 21. v. 15. Asserenda enim est fidei simplicitas ex verbo tuo, quod omnino veritas in superabilis est, Johan. 17. v. 17. Psa. 93. v. 5. Esa. 40. v. 8.

II.

Quia verò in hac Decade primò offertur illustre specimen, & quidem geminum, in utroq; sexu, filio & filia, Luc. 7. Matth. 9. demonstratum, quo omnipotens vox & manus Christi testatum fecit, quàm facile possit ex morte in vitam revocare, sicq; spem omnium fidelium dulcissimam, novissimo mundi die definitam, suo tempore implere: operæ precium est, ut de firmandâ ista spe, h. e. de asserenda certitudine Resurrectionis mortuorum, ante omnia laboremus.

*De Resurrectione mortuorum.*

III.

Præsertim cum censure Apostolica Pauli expressè statuat, tanti momenti esse hunc fidei Christianæ articulum, ut eo labefcente, omnium reliquorum ruina metuenda sit, 1 Cor. 15. atq; nihilominus hanc arcem fidei suis artibus hæretici hostiliter, & imprudenter olim impetierint.

IV.

Scriptura sacra non modò in genere desperatam multitudinem perstringit, 1 Thess. 4. v. 13. sed etiam nominatim traducit Sadducæos, Matt. 22. v. 21. Act. 4. v. 2 c. 23. v. 8 Atheniensium Philosophos, Act. 17. v. 18. 32. illustres & Epicuræos seculares, Sap. 2. Es. 22. 2 Pet. 3.

A 2.

v. 3. 4.

2 Tim 2  
 §. 3. 4. præcipuè Hymenæum, & Philetum, qui circa veritatem aberrârunt, dicentes, Resurrectionem esse factam, & subvertierunt, quorundam fidem, 2 Tim. 2. v. 17. 18.

## V.

refurrexerunt  
 Cum enim doctrina Christiana, conversionem hominis peccatoris ad DEUM, pro resurrectione agnoscat, Rom. 6. §. 4. 11. Eph. 2. §. 5. 6. Col. 2. §. 13. c. 3. §. 1. quam Apocalypsis Johannis, c. 20. §. 5. resurrectionem primam vocat; sine dubio, prætextu hujus, prædicti hæretici posteriorem resurrectionem, nempe corporum è sepulchris & ex morte abnegârunt, ita ut instar gangrænæ sermo eorum serperet, & facilem applausum multorum experiretur, cum sensibus carnalibus vix quicquam aliud magis adverteretur, quàm articulus de carnis resurrectione.

## VI.

An sit  
 futura  
 Resurre-  
 ctio mor-  
 tuorum.

Joh. 6. 40. Quòd autem certò futura sit, credimus, Primò, propter expressam promissionem Salvatoris nostri, quæ fallere nequit. Hæc est voluntas ejus, qui misit me, ut qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego suscitabo eum in novissimo die; adde Johan. 5. §. 28.

## VII.

Deinde, propter indubitatam confessionem, & spem Sanctorum in Ecclesia DEI, qui unà nobiscum quasi protestati sunt, se credere resurrectionem ex morte, & spe hujusmodi tantò animosius omnes miseras superare, ut Esa. 26. Jebis c. 19. Danielis c. 12. Pauli 1 Cor. 15. 1 Thess 4. qui etiàm hypotyposi quadam ordinem divini hujus operis depingit.

## IIX.

Tertiò urget ratio justitiæ divinæ, quæ exactissima est: sicut enim ista in futuro demum seculo perfecta æquitate compensabit omnia omnium hominum rectè secusq; facta, cum in hæc vita non rarò Sanctissimorum fata asperrima sint: ita vitam illam futuram nemo defunctorum vivere potest, nisi ex morte priùs resuscitentur.

## IX.

Quartò nitimur infallibilitate decretorum divinorum, quæ non retractantur, neq; impediri possunt, Num. 23. Esa. 28. v. ult. Jer. 32. v. 19. Job 33 v. 14. Jam autem firmo decreto statutum est Domino, judicandos esse vivos & mortuos à Christo filio ipsius, Act. 10. §. 42. c. 17. §. 31.

## X.

Extraordinaria quidem & singularia exempla aliàs non sunt trahen-

trahenda ad generalem regulam: Quia tamen is, qui vita & resurrectio nostra est, Col. 3. Johan. 14. qui etiam resurrectionem planissimis verbis, ceu proprium opus majestatis suæ, promisit, aliquoties mortuis vitam restituit, nostro adolescenti, Luc. 7. filiæ Jairi, Matth. 9. Lazaro, Johan. 11. & aliis, Matth. 11. non dubitandum est, præludia hujusmodi futuræ quoq; & universali resurrectioni testimonium perhibere debuisse.

## XI.

Præsertim cum multi non ad naturalem hanc & animaleam, sed ad alteram spirituales illam cælestemq; vitam resurrexisse legantur, ut Moses, Matth. 17. & sancti passione temporis Christi, Matth. 27.

## XII.

Accedunt typi, & similitudines in rerum naturalium cursu obviæ, quas in hujus articuli meditatione, præcipuè adversus impossibilitatis opinionem, non negligendas esse, Apostolus Paulus autor est, 1 Cor. 15.

## XIII.

Quoad fideles, qui in Christo Jesu sunt, peculiaribus fundamentis eorum fiducia hac in parte erigitur. Postquam enim caput eorum, Christus, ex mortuis resurrexit, membra à morte contineri non possunt, cumq; ille constitutus sit rex æternus, necesse est, ut habeat etiam subditos, & socios regni æternos.

## XIV.

Arrhæ loco est Spiritus Sanctus fidelium corda inhabitans, & vivificans, ex qua in habitatione Paulus talem syllogismum suppeditat: Si Spiritus ejus, qui excitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis, is qui excitavit Jesum, per eundem Spiritum vivificabit etiam vestra mortua corpora, Rom. 8. v. 11. Sed ille Spiritus habitat in omnibus fidelibus, 1 Cor. 3. & 6. Ergò.

## XV.

Arrhæ quoq; instar habet frequens participatio vivifici corporis & sanguinis Christi in Cæna Dominica: si enim qui manducat carnem, & bibit sanguinem Christi, victurus est in æternum, Johan. 6. quomodo corpora nostra æternæ corruptioni erunt obnoxia, quæ immortali & vivifico cibo sunt pasta, & instructa?

## XVI.

Universalis vocatur hæc mortuorum resurrectio, de qua nobis principaliter sermo est; non quod omnis posteritas Adæ, ex pulvere

*gl. molle fin. sav. c. 34. p. 320.*

*fulcit ne fin.*

*verba 1*

*Resurre-  
ctio est u-  
niversalis.*

pulvere terræ & morte reducenda sit; multò minùs, quòd utraq; pars hominis, tam anima, quàm corpus, resuscitatione opus habeat. sed quia omnes homines, dissolutione animæ & corporis è visis sublato, impios pariter, atq; pios complectitur, Dan. 12. v. 2. Joh. 5. v. 28. 29. Matth. 25. v. 32. 41. Act. 24. v. 15.

## XVII.

Animæ enim per mortem neq; intereunt, neq; in sepulchris profundo somno usq; ad determinatum diem stant, sed sunt Spiritus immortales, qui nulla vi occidi possunt, Apoc. 6. v. 9. Matth. 10. v. 24. & separatæ à corpore redeunt ad DEUM, qui dedit, Eccles. 12. v. 7. quemadmodum in specie de animabus electorum dulcissimæ consolationes extant, quòd sint in manu DEI, Sap. 3. v. 1. Psal. 31. v. 6. in sinu Abrahæ, Luc. 16. v. 22. in paradiso & regio Christi, Luc. 23. v. 43. in beatitudine cum Christo, Apoc. 14. v. 13. Phil. 3. v. 24.

## XVIII.

*Resurrectio quid?*

Ideo resurrectio non est utriusq; partis nova vivificatio, sed corporis, quod per mortem ab anima separatam, 2 Sam. 1. v. 9. 1 Reg. 17. v. 21. Act. 20. v. 10. in pulverem terræ, & ferè in nihilum redactum, Gen. 3. v. 19. denuo restaurati, cum animâ, eæ propria forma, sed clarificata nova conjunctio & unio.

## XIX.

Corporis inquam, ratione substantiæ prorsus ejusdem, quod in hac vita gestaverunt. ΔΑΚΤΙΚΩΣ enim ista identitas demonstratur, tam in veteri, Job. 19. v. 26. Es. 26. v. 19. quàm in novo Testamento, 1 Cor. 15. v. 53. Aliàs nõ posset portare quilibet juxta justitiâ DEI, quod fecit in corpore, sive bonum, sive malum, 2 Cor. 5. v. 10.

## XX.

*Aliqui  
tantum  
immuta-  
buntur.*

Illis verò, qui non obdormient, sed vitam suam naturalem usq; ad Christi reditum visibilem perducent, cum hæc caro, peccato contaminata & corruptibilitate facta, regnum DEI ingredi nequeat, 1 Cor. 15. v. 50. decreta est subitanea mutatio, juxta testimonium Pauli 1 Thess. 4. v. 15. 1 Cor. 15. v. 52.

## XXI.

Hæc immutatio in momento, & ictu oculi futura est, 1 Cor. 15. v. 52. ita ut immutati non quidem antevertere resuscitados, statim tamen in occursum Domini comitari debeant, 1 Thess. 4. v. 16. nihilominus analogicè supplebitur mortis & resurrectionis vicem, funditus expurgando peccatum, & induendo æternam incorrupti-

corruptibilitatem corporibus, de qua Apostolus ex professo tractat, 1 Cor. 15. Phil. 3.

## XXII.

Consentaneam est verò, istam immutationem, præsertim quatenus analogiam habet ad mortem, perficiendam esse flammis totius mundi ardentis, 2 Pet. 3. præsertim cum prælidium illustræ extet in translatione Eliæ, per curram igneum 2 Reg. 2.

## XXIII.

Sicut autem ratione finis, & eventus subsequenti resurrectione quorundam tantum salutaris, reliquæ vero multitudinis exitialis futura est, Dan. 12. ita etiam immortalitatem, & incorruptibilitatem resuscitatorum diversissimæ qualitates comitabuntur. Justi enim & beati ἰσχυροὶ καὶ λαοί, Matth. 22. v. 30. claritate, subtilitate, agilitate & impassibilitate fulgebunt, 1 Cor. 15. Dan. 12. Damnati autem contrariis prorsus qualitatibus deformati in igne inferni inextinguibili cruciabantur, Luc. 16. Matth. 25. 2 Thess. 1. 6.

## XXIV.

Beatitudinis autem celestis non minima pars erit, de qua nos, tanquam in typo, admonet exemplum Christi in præsentè Evangelio, Luc 7. quod nimirum quemadmodum Dominus resuscitatum filium reddidit matri, ita olim in die restitutionis omnium, Act 3. v. 21. pii liberi & cognati suis beatis parentibus, cognatis, & familiaribus reddentur, ad jucundissimam mutuam conversationem, in ejusdem gaudii & gloriæ æternæ societate, Gen. 15. v. 15. Deut. 32. v. 50. 2 Sam. 12. v. 23. Luc 16. v. 23. Heb. 12. v. 22.

## XXV.

Unum corpus est Ecclesia etiam in his terris, per conjunctionem & unitatem spiritus, qui omnes fideles arcè illimè copulat: Unum corp<sup>o</sup> est Ecclesia militans, & triumphans: Quæ hic inchoata est communio sanctorum, in æternitate non dissolvetur, sed perficietur consuetatissimè, 1 Cor. 13. Joh. 14. v. 3.

## XXVI.

Propior illa conversatio præsupponit mutuam cognitionem, ita ut beati non tantum DEUM à facie ad faciem visuri sint, Joh. 17. v. 3. 1 Cor. 13. 1 Joh. 3. sed etiam se invicem cognituri, longè certius, quàm hic unigenitus filius viduam matrem suam, Luc. 7. quàm Adam Evam ex costâ suâ conditam, Gen. 2. quàm Petrus Mosen & Eliam, Matth. 17. quàm Johannes Christum, in utero materno adhuc conclusus, Luc. 1.

17. Non

*qualitates resuscitator*

*In Resur-  
rectione  
beati qui-  
libet reci-  
piat suos.*

*act. an. l. h. 1. 193*

*Beati se  
invicem*

*agnoscunt, pl. e. 2 Sam. 1223  
1. 8. 14. Math. 17. 3. vid. X. 1  
mel. Syn. disp. 32. p. 361.*

## XXVII.

Non sanè ex monstrosis aut mutilatis membris, ex cæcitate, surditate, balburie, aut aliis pristinæ corruptibilitatis qualitibus (omnis enim infirmitas abolebitur, 1 Cor. 15.) sed ob perfectam claritatem mentis & oculorum, qua instructi erunt, 1 Cor. 15. Phil. 3. Dan. 12.

## XXVIII.

Perfectè enim restaurabitur imago DEI, quæ ignorantia infirmitatem excludit, 1 Cor. 13. Dominus æterna lux erit, Esa. 60. v. 19. neq; cum mutua ignorantia conciliari possunt, quæ extant Gen. 15. v. 15. Luc. 16. v. 9. & 25. c. 22. v. 30. Matth. 22. v. 28. 29. 2 Pet. 1. v. 4.

## XXIX.

Expende etiam rationes: Quomodo corpus sua membra, aut membra unius corporis se invicem non agnolcent? quomodo Abraham ignorabit suos filios, Rom. 4?

## XXX.

*Resuscitatio mortuorum est opus divine majestatis.*

*Christus etiam, quæ homo, omnipotens.*

Illud autem in primis notatu dignum est, quòd resuscitatio mortuorum solius divinæ omnipotentia propriū opus sit, Ezech. 37. Esa. 25. v. 8. qui potest vocare ea, quæ non sunt, ut sint Rom. 4. v. 17. & liberare à morte, Psal. 68. v. 21. imò omnia mutare potest, Psal. 77. v. 11.

## XXXI.

Atqui Christus filius hominis voce sua, non modò filium viduæ in Naïm, filiam Jairi, & Lazarum excitavit, sed etiam, ut homo, ordinatus est ad revocandos in vitam mortuos, eadem voce sua, infinita scilicet ejusmodi virtute prædita, ut mortui eam exaudirent, & ad auditum illius statim resurrecturi sint, Joh. 5. v. 28.

## XXXII.

Tantò igitur jucundiora, & ad firmandam fiduciam nostram, validiora sint specimina, quæ in Evangelica historia legimus: In primis tantò longiùs abesse debemus ab Allæosi & Nestorianismo Calvinianorum, qui hoc opus *φιλανθρωπία* Redemptoris tantum divinæ ipsius naturæ tribuunt, humanam verò naturam non nisi, ut instrumentum *ἄεργον*, & secundum vires humanitati proprias admittunt.

## XXXIII.

Nos non iniquè, hanc opinionem tribuere Calvinianis, cognosce ex Danao, cui ista verba sunt: Ad miracula efficienda nō plus care

caro Christi, quam ad edita ab Apostolis miracula, caro Apostolorum contulit, aut vitæ Mosis. Adhibitum igitur nonnunquam est, fateor, à Christo carnis à se assumpta ministerium, dum edidit miracula, non tamen semper, ne caro hæc censeretur esse perpetua ipsius: Deitatis *ουνογενος*: & est adhibitum ut nudum duntaxat instrumentum, quæ quid Deitas illa λόγος efficeret auribus, vel oculis hominum demonstrabat (in examine contra Chem. de duabus naturis in Christo. c. 4.)

## XXXIV.

Alioqui esse hunc JESUM verum DEUM, & filium DEI, idem miraculum satis demonstrat: Non enim facultatem depellendi mortem prius à DEO exoravit, ut Prophetæ; 2 Reg. 4. 1 Reg. 17. Sed *ἀποκραιτορικῆ* autoritate impertivit defuncto: *Dico tibi: adulescens, surge, v. 14.* Est Dominus vitæ & mortis; habet clavem inferni & mortis, Apoc. 1. v. 18.

## XXXV.

Quemadmodum autem conversio nostra ad Deum quædam resurrectio est, excitatio à morte peccati, vivificatio spiritualis, & virium ad cognoscendum & diligendum DEUM restauratio, Eph. 2. v. 5. 6. Ita scriptura docet istam conversionem solius gratiæ, & virtutis divinæ opus esse, in quo inchoando vel adjuvando, homo carnalis ex se plus non valet, quam mortuus ad suam resurrectionem; h. e. nil profusus, Phil. 2. v. 13. 2 Cor. 3. v. 5. Quando ministerio verbi Christus nos tangit, & voce spiritus sui excitat, tum demum surgimus; Act. 16. v. 4.

## XXXVI.

Cæterum universalis illa resurrectio, ut & Sanctorum patiente Christo, ipsiusque Christi, in eo differt ab hac miraculosa & extraordinaria defuncti in Naim, ut & aliorum à Christo, prophetis & Apostolis exsuscitatorum; quod illa cum ingressu ad vitam immortalem conjuncta est, hæc verò in terrenam hanc, temporalem & animalè vitam reduxit, ita ut suo tempore rursus moriendum ipsi fuerit.

## XXXVII.

Constitutum sanè est homini semel mori, Heb. 9. v. 27. Mors est via totius mundi, Jos. 23. v. 14. secundum universale pactum, Sir. 14. v. 18. Ex morte nullus reditus conceditur, 2 Sam. 12. v. 23. Sir. 38. v. 22. Sed hæc pertinent ad ordinariam mortem & regulam com-

*Christum est verus Deus.*

v. 14.

*Liberi avitri vires nullæ in spiritualibus.*

*Filius videtur tan- tum ad animalè hanc vitam resurre- xit. G. f. post p. 5. v.*

*moriendum e.*

iam communem: Sicut Enoch & Helias, salva illâ communi lege, potuerunt non mori, Gen. 6. 2 Reg. 2. ita eadem salvâ, propter extraordinarias causas, Lazarus & Filius viduæ potuerunt bis mori: neq; extraordinaria juxta normam ordinarii exigenda sunt.

## XXXIX.

Quamvis enim illorum iterata mors naturalis in historia Biblica non expressè legatur; alia tamen indicia extant, quæ ad hanc sententiam deducunt: Filius hic è vestigio, non in cælum ablegatus, sed in familiam matris reductus est; resuscitæ puellæ iussit Christus cibum apponere, Marc. 5. 4. ult. Lazarus cum reliquis convivis in solenni epulo accubuit, Joh. 12. v. 2. Et Filius sanamitidis, quem Elisæus Propheta excitavit, 2 Reg. 4. unâ cum matre per integrum septennium tempore famis peregrinatus est in exter- nis locis, 2 Reg. 3. 2. 5. quæ omnia animale, h. e. tempora- lem & corruptibilem vitam produunt.

## XXXIX.

Neque est, cur curiosis quæstionibus anxie indulgeamus: quo in loco anima è corpore egressa interea temporis hæterit? An non alienum, quid à fraterno, & amantissimo, suo affectu, ut & à sapienti arbitrio suo fecerit Christus quando ex meliori statu in pristinam miseriam reduxit, animam ergastulo peccatis contaminato iterum alligavit, quod sine continuatione peccatorum fieri non potuit; eos quos singulari amore complecti videbatur, agoni & doloribus mortis, quos vel semel adeundos mens humana horret, bis, imò etiam periculo objecit, ne fortè secunda vice infelicitè morerentur, qui prima lucta feliciter defuncti fuerunt?

## XL.

Omnes hujusmodi cogitationes castigare debet consideratio extraordinariæ actionis, cujus principalis scopus fuit manifestatio gloriæ DEI. Ille fuit autor operis, qui etiam excitando mortuos omnia Bene fecit Marc. 7. 37. cujus viæ sunt impervestigabiles, Rom. 11. 33. 34. Esa. 55. 9. 8. 9. cujus stulticia sapientior est hominibus, 1 Cor. 1. 25. In cujus potestate erat, istis personis, sine interventu mortis & temporalis resuscitationis, vitam prorogare ad illum terminum, quem posteriori vitæ parte, post resurrectionem assecuti sunt; qui tam potuit virtute sua confirmare & perficere 1 Petr. 5. 10. & benè cæptum opus ad finem optatum producere, Phil. 1. v. 6. in resuscitatis, ac si breve illud mortis intervallum nunquam intercessisset.

*King's Mellif. f. 5. v. 490.  
 re. semel resuscitatus, idem fuit  
 marci. f. 7. v. 34. v. 35.  
 Regal Harb. in q. i. f. 1. v. 1. p. 7.*

*Ubi a prima  
 miraculoze resuscitationum  
 fuerit  
 f. 1. v. 1. p. 7.*

## XLI.

Nunc in propiori accessu ad textum Evangelii; quia introdu-  
citur defunctus in adolescentiâ floridâ è vivi ereptus, & paulò  
post vitæ temporali restitutus, dispiendum est de quæstionibus  
connexis, an utile sit maturâ morte hoc seculum relinquere? &  
an pium, propriis desideriis mortem (beatam illam in fide) expe-  
tere? aut si ita liceat, quomodo vitæ longævitas præmii divini in-  
star habeat, quæ tamen omnes maturæ mortis utilitates excludit?

## XLII.

De præmio, non tali, quod operarii hypocritæ sibi imaginan-  
tur, quasi bonis suis operibus illud coram Deo mereantur: sed de  
gratuito est quæstio, quo Deus ex liberali gratia dona sua in homi-  
nibus coronat.

## XLIII.

Præmii autem formalem respectum, propter intrinsecam bo-  
nitatem & certas quasdam utilitates, potest aliquid tueri, etiam si  
in collatione cum aliis beneficiis, causis & circumstantiis postpo-  
nendum vel deprecandum videatur.

## XLIV.

Propria desideria hic non ex cupiditate carnis præsupponi-  
mus, sed expressâ & plena subjectione, sub arbitrium & volunta-  
tem Dei, circumscribimus, Matth. 6. v. 10. Seculo impatientiæ  
dico crucis, vel aliorum, quæ stationem nostram in hac vita ex pro-  
videntia Dei circumvallant, 1 Reg. 19. v. 4. Job. 3. v. 3. Jerem. 20.  
v. 14. Matth. 11. v. 29.

## XLV.

Quibus ita præmissis, sine hæsitacione statuimus, non mo-  
dò licitum, sed etiam officio Christiani hominis convenientissi-  
mum esse, si statim à primo ingressu in stadium curriculi Christi-  
ani ad metam prospiciat, & perpetuis votis felicem exitum ex  
hac peregrinatione in patriam caelestem exoptet. Bald. Cas. 96. l. 3. c. 4. a. 7. p. 508. seq.

## XLVI.

<sup>1</sup> Sic enim exemplo suo nobis præit Paulus, Phil. 1. v. 23. desi-  
dero migrare & esse cum Christo; Rom. 7. v. 24. Miser ego homo,  
quis me eripiet ex isto corpore mortis?

## XLVII.

<sup>2</sup> Suadet idem praxis misericordissimi patris caelestis, qui lon-  
gè plures ex utero materno, è cunis, & renellâ a tate evocat, quam  
adultiores, cum tamen de infantibus singularis ejus favor

An pium  
sit matu-  
ram mor-  
tem exopt-  
tare?

indubitatus sit ex dicto Mar. 10. v. 14. Sinite parvulos ad me venire, quia talium est regnum cælorum: Item, Matth. 18. v. 3. Nisi conversi fueritis, & facti ut parvuli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.

## XLIX.

<sup>3</sup> Præcunte oratione Dominica nihil magis in votis quotidie habere debemus, quam, ut regnum DEI (puta etiam gloriæ) adveniat, nosque ab omni malo liberemur, quod consummatè, non nisi per beatam mortem fieri potest: quæ porta est, per quam, ex miseriarum & molestiarum valle, ad locum quietis transimus.

## XLIX.

<sup>4</sup> Compendia vera in omnibus rebus & actionibus captamus & laudamus: Quis igitur vitio vertat fideli, si quam brevissima via ad braeum legitime properet? Quis culpabit, si segregatis omnibus ambagibus, quam citissime in desideratam patriam contendat?

## L.

<sup>5</sup> Imprimis utilitates & ἕσχατ' quàm plurimæ sunt, quas per beatum obitum fidelis lucratur, tantò citius, quantò rempestivius, per dispensationem DEI, mori contingit: potiores huc transferre placet, ex quodam libello de hac quæstione peculiariter differente.

## LL.

Utilitates  
mortis.

Maturè <sup>1</sup> liberamur à compedibus originalis concupiscentiæ, <sup>2</sup> receptui canimus, finitâ militiâ adversus Diabolum & mundum, quæ tantò difficilior, & periculosior evadit, quantò longius durat, 1 Tim. 1. v. 19. Eph. 6. v. 10. <sup>3</sup> cum præjudicio, quòd statim ad perfectionem pervenerimus, Sap. 4. v. 13. <sup>4</sup> abrumpimus telam peccatorum actualium, Rom. 6. v. 7. & <sup>5</sup> Sic prævertimus aliquot myriades offensionum, sollicitudinum, & perturbationum super nostris lapsibus, & alienis peccatis, Proverb. 24. v. 16. Matth. 18. v. 22. 31. <sup>6</sup> ut & pænarum fatalium, quas impiorum securitas provocat, <sup>7</sup> effugimus seductionem, & scandala improborum, Sap. 4. v. 11. <sup>8</sup> onus crucis non diu portamus. <sup>9</sup> citius vires assequimur d. bitam sanctitatem Deo probandi, <sup>10</sup> metimus præmia gratuita pro rectè factis proposita. <sup>11</sup> quietem pro labore. <sup>12</sup> consortium Sanctorum angelorum, & electorum filiorum DEI. <sup>13</sup> & in effabilem beatitudinem atque gloriam adimus. <sup>14</sup> recendi quasi desiderio offendimus eos, quos nuper cum dolore præmissimus. <sup>15</sup> cum iis quasi in gremio patris, complemento omnium petitionum Orationis Dominicæ (ut iis amplius opus non sit) potimur.

## LII.

Si ergo mors fidelium lucrum est, Phil. 1. v. 13. Et,

*Quæ fieri proferat gratia grata magis,*

Propter exoptatam anticipationem tot insignium utilitatum, nemo amplius dubitabit, maturam mortem meritò exoptandam esse, dummodo debita humilitate divino beneplacito res simpliciter permittatur, atque interim, dum definitus terminus appetat, patienti fidelitate in vocatione, qua vocati sumus, maneamus, 1 Cor. 7. v. 20. Heb. 6. v. 22.

## LIII.

Nihilominus longæ vitæ per se bona, & per gratiam DEI indulta, singulare beneficium, præmiumque pietatis est, non omnibus, sed quibus ex favore Dei conceditur; neque simpliciter, sed certis respectibus, certasque ob causas, quas divina bonitas ad suam gloriam & Ecclesiæ utilitatem attendit.

## LIV.

<sup>1</sup> Pretiosa est vita hominis, à spiraculo omnipotentis orta, Gen. 1. & nutu efficaci Altissimi singulis conservata Act. 17. v. 28. <sup>2</sup> Ejus prolongationem morigeris filiis Deus specialiter promisit, Exodi 20. v. 12. Eph. 6. v. 2. <sup>3</sup> vicissim verò impiis decurtationem dierum minatus est, Psal. 55. v. 24. 109. v. 8. <sup>4</sup> idè hanc David humiliter in seria pœnitentia deprecari studuit, Psal. 102. v. 25.

## LV.

Nimirum ad terminum, his ex causis tam impiorum, quàm piorum vita divino consilio prorogatur utiliter. <sup>1</sup> ut impius sub longanimitate Dei habeat spacium pœnitentiæ, <sup>2</sup> vel, si abutatur bonitate DEI, sibi thesaurizet iram in die iræ Rom. 2. v. 4. 5. <sup>3</sup> ut pius tanto confirmator fiat in fide, <sup>4</sup> & tanto conspectior ad aliorum ædificationem per exercitia fidei. <sup>5</sup> Præcipuè autem, pro ratione vocationis & donorum divinitus concessorum, domui suæ, Ecclesiæ Christi, & omnibus aliis diu proficit & inserviat fidelitate sua, juxta illud Apostoli, quod propriè ad decisionem hujus quæstionis pertinet: *Utrum vivere in carne mihi opere pretium sit, & quid eligam ignoro: Coarctor enim utriusque, desiderans migrare, & esse cum Christo; nam id longè optimum est: sed permanere in carne magis necessarium est, propter vos. Et hoc confisus novi, quod mansurus sim, & unà permansurus cum vobis omnibus ad vestrum profectum, & gaudium fidei, Philip. 1. v. 22. 23. 24. 25.*

*Longevitatis prærogativa.*

## LVI.

Certè longæ vitæ Patriarcharum ante & post diluuium hu principaliter spectavit, ut eorum fide & auctoritate puritas verbi tantò certius propagaretur, & plantatio Ecclesiæ an gultioris felicius succederet.

## LVII.

Hinc si denuò instes: cur ergo Christus quondam mortuos resuscitavit, si matura mors tam desiderabilis est? cur post feliciter adeptam victoriam retraxit milites ad novam pugnam? ex dictis facilis est responsio: <sup>1</sup> Ut ipsa resuscitatio declaravit divinam potentiam Christi, cujus demonstratio universæ Ecclesiæ perquam necessaria fuit, <sup>2</sup> ut & specimina resurrectionis; <sup>3</sup> ita longior vita resuscitatorum tum ipsis, tum cognatis & aliis utilis fuit.

## LIX.

Porro circa hoc funus contra stoicam ἀπάθειαν consideramus luctum acerbissimum istius, quam singulari benevolentia complexum esse Dominum, satis apparet.

## LIX.

Præsertim cum accedant exempla commendatissima sanctorum etiam virorum, à quibus aliàs vitiosa mollicies longissime abesse debet, qui non sine lachrymis suos defunctos luxerunt, Abraham Saram, Gen. 23. v. 1. Jacob Josephum, Gen. 37. Israelitæ Moſen, Gen. 34. v. 8. & c.

## LX.

Si tristis affectus lugentium per se vitaret pietatem, non pronunciaret Christus beatos lugentes Matth. 5. v. 5. non præfret congressus lugentium ridentibus, Ecclesiast. c. 7. v. 3. non modum luctus funebri præscriberet scriptura, Sir. 30. i. Thess. 4. neq; etiam reprehenderet eos, qui serena fronte, & securam mente negligere obitum iustorum solent, Esa. 57. v. 1. imò legem illam charitatis nunquam inculcasset Paulus: flete cum flentibus eodem animo inter vos mutuo affecti, Rom. 12. v. 15. 16.

## LXI.

At inquis: Quod ipse Dominus expressis verbis prohibuit, meritò vitandum est: prohibuit autem, ne vidua fletet, v. 13. Ergò ad imitationem, vel patrociniū liciti luctus, trahi non debet huius luctus funebri exemplum, quod præsentem castigationem statim in primo accessu Domini incurrit.

62. Respon-

Contra  
Stoicam  
ἀπάθειαν  
v. 13.

Instantia.

v. 13.

## LXII.

Respondetur autem, procedere argumentum à dicto secundum quid, & per amphiboliam locutionis. Christus enim istis verbis: *ne fleas*, non fletum, & merorem per se improbat, ut qui, salva sua aeterna sanctitate, ardens fleuit, Luc. 19. v. 41. & tristis fuit usque ad mortem, Matth. 26. v. 38. Sed potius partim moderationem suavitatis, partim de insperato gaudio mox secuturo spem excitavit, quam etiam è vestigio miraculo suo implevit: quasi dixisset, *ne fleas*, h. e. nunc exultandi potius, quam flendi & lugendi causa & hora adest.

## LXIII.

Etiamsi autem jam non amplius, ratione extraordinarii eventus, flendi locus & tempus fuit, non tamen sequitur nullam unquam esse, aut matrem viduam suo luctu, & fletu præter officium fecisse: Omni rei tempus est determinatum, Eccles. 3. v. 1. *tempus flendi*, tempus ridendi, tempus plangendi, v. 4. Matth. 9. v. 15.

## LXIV.

Quotiescunq; autem de utroque affectu, lætitiæ & tristitiæ, cogitatio incidit, in promptu habendæ sunt regulæ: Nedoleatis, quemadmodum ceteri, qui spem non habent, 1. Thess. 4. v. 13. Dixi ego in corde meo, veni nunc, & probabo te in lætitiâ, & vide bonum, & cur etiam hoc vanitas? De risu dixi, insanis; & de lætitiâ, quid hoc facis, Eccles. 2. v. 1. 2. Gaudete, sed in Domino, Phil. 4. v. 4. gaudete, sed tanquam rationem reddituri in judicio, Eccles. 11. v. 9. Adde Sap. 4. Esa. 56. Sir. 38. 2. Sam. 12.

## LXV.

Processus funebris, à matre & civibus in Naim honorificè institutus, nobis in memoriam revocet similia exempla honestæ sepulture: Gen. 23. 35. & 50. Deut. 34. & plurima alia, quæ cum approbatione Spiritus Sancti & Sanctorum prophetarum tam diligenter descripta esse, quilibet animadvertit.

## LXVI.

Diversissimis modis defunctorum cadavera tractavit antiquitas apud gentiles: sed in Ecclesia Dei semper omnibus aliis prælatus est ritus sepeliendi, & mortuorum corpora terra occultandi, juxta decretum: Terra es, & in terram reverteris, Gen. 3. v. 19. quæ mater omnium nostrorum est, & quasi in sinu nos fovere debet, Sir. 40. v. 1.

*Sepeliendi  
sunt de-  
functi.*

## LXVII.

Rectè nos in Ecclesia hunc modum observamus & utilibus ritibus cohonestamus. <sup>1</sup> Propter modò dictam oraculi divini intimationem. <sup>2</sup> propter antiquissimum, & perpetuum morem Sanctorum, cujus exempla ubivis obvia in Veteris & Novi Testamenti historia sacra. <sup>3</sup> propter spem resurrectionis, & similitudinem à Christo & Paulo, pro istius confirmatione propositam, Joh. 12. v. 24. 25. 1 Cor. 15. v. 37. 38. ut Christianis non solum consuetà appellatione, sed etiam re ipsa sit *ager Domini*, in quo grana ejus seminantur, in messem tritici lectissimi Matth. 3. v. 12. <sup>4</sup> ut Christo insiti, & cum ipso mortui, & per baptismum sepulti, etiam in sepultura ipsi assimilentur. <sup>5</sup> Sepulchra etiam *μνημείων* & monumentorum appellationem optimè, præ reliquis modis, implere possunt, ut de officiis benè meritorum; de vitæ humanæ fragilitate; de vanitate præ eminentiæ humanæ (siquidem mors regem, & mendicum æquat) de futura resurrectione; de necessaria ad beatum exitum præparatione, accedentes, & invenes, efficaciter adiuvent. <sup>6</sup> In primis autem, quia, scriptura teste, honesta sepultura divini beneficii: defectus verò & interclusio maledictionis, & pænæ instar habet, Deut. 34. Psal. 79. Jer. 8. v. 1. c. 22. v. 18. 19. 2 Reg. 9. v. 33.

## LXVIII.

Neque Christianum hominem vel sumtum moderatorum pro ratione facultatum pæniteat, neque manum ad fodiendum, ubi res exigit, adhibere pudeat, quò domestici ejus, & fidei confortes honestè sepeliantur, quia Deus Moïsem, Deut. 34. Tobias hinc inde disjecta cadavera, Tob. 1. discipuli Johannem, Matth. 14. Joseph Arimathæus Christum sepeliverunt, Matth. 27. idque non sine periculo, invidia, & ignominia fecerunt.

## LXIX.

*Embseri  
calumniæ.*

Horum omnium fidelis observatio cum in nostris Ecclesiis luce meridianâ clarius fulgeat, meritò miramur incontinentè maledicendi temeritatem in Hieronymo Embsero, qui huic Evangelio hanc notam adscripsit: *observa, quod sepultura semper apud antiquos in precio habita fuerit, neque attende, quòd heretici (Evangelicos autem perstringit, B. Lutheri doctrinam sectantes) nihil curant, si ve sepeliantur si ve non. Ut enim in vita honestatem negligunt, ita neque in morte de ea solliciti sunt.*

70. Novit:

## LXX.

Novit honestam sepulturam nostris non denegari: Sed illud malè habet hominem, quòd superstitiosos quosdam ritus Romano-Catholicæ Ecclesiæ usitatos negligimus, præcipuè verò missæ sacrificium pro defunctis, vigiliis &c: Item Episcopalem consecrationem cæmeteriorum nihili facimus; multò minùs, quando piis & constantibus confessoribus sinceritatis Evangelicæ, denegationem sui cæmeterii & rituum, tanquam caput Medusæ, hostiliter illi obvertunt, ad terrorem incutiendum; propterea à veritate desciscimus, aut desciscere jubemus (ritus Papistis usitatos vide apud Coltherum, Conc. part. 1. pag. 439.440.)

## LXXI.

Tali in casu, quando sepulturæ solemnitas thesauro salutis, gloriæ DEI, evitando scandalo, & laudi constantis perseverantiæ, postponenda est: quemadmodum didicimus, vitam nostram propter nomen Christi amittendam esse, Matth. 10. ita multò magis excelso animo & sepulturæ, & qualomcunq; alium honorem externum contemnimus.

## LXXII.

Preciosa est mors sanctorum in oculis Domini, Psal. 116. *ψ.* 15. eorumq; ossa conservantur vigili oculo Altissimi, Psal. 34. *ψ.* 21. Etiam si tyrannicè contendantur, sanguis ut aqua effundatur, cadavera in pastum avium abjiciantur, Psal. 79. aut quocunq; genere ignominiosissimi supplicii è medio tollantur.

## LXXIII.

Exempla Martyrum satis stabiliunt generosum nostrum contemptum, quem Embserus calumniatur. Domini est omnis terra, & omnia quæ in illa sunt, Psal. 24. *ψ.* 1. mundis omnia sunt munda, Tit. 1. *ψ.* 15. Non sola terra, sed etiam mare, & mors, & infernus olim reddet mortuos, quos habet Apoc. 20. *ψ.* 13.

## LXXIV.

Ex eo, quod de impiorum fato, ratione sepulturæ, antea indicatum est, gemini adhuc dubii solutio facilè deducitur, videlicet: An non præter moderationem Christianorum fiat, si fures, latrones, & similes malefici suspendii, rotæ aut alio supplicio corvorum præda constituentur. Et an manifestè impiis, aut in impenitentia mortuis ritus sepulturæ inter fideles consueti rectè denegentur?

## LXXV.

An iure  
quidam  
malefici  
sepultura  
preven-  
tur?

Affirmatur utrumq;. Prioris rationes potiores sunt istæ,  
1 quia Evangelium politias & politicas constitutiones, quæ sanis  
rationibus nituntur, non tollit, Matth. 22. Rom. 13. 2 quia hujus-  
modi supplicium à posteris Saulis sumtum legitur, CORAM DO-  
MINO, h. e. non sine ipsius approbatione, & iustissimæ vindictæ  
expiatione, 2 Sam. 21. v. 9. 3 quia Deus ipse talem pœnam minita-  
tur impiis, Jer. 22. v. 19. cuius verò pœnæ specimina Deus edit, illa  
per se iniusta non est in officio magistratus, nisi per accidens ex  
affectu executorum vitietur. 4 utile est Reipublicæ Christianæ, ut  
ad terrorem improborum hujusmodi spectacula publica extant,  
& crescentibus sceleribus pœnæ exasperentur,

## LXXVI.

An ma-  
nifestè  
impu piis  
sepultura  
ceremoni-  
is cohone-  
sandi?

Pro posteriori affirmatione utriusque termini dilucidatio  
præmittenda est: Per *impios* non eos intelligimus, qui tantum co-  
ram arcano iudicio Dei, vel ex sententia paucorum Christiano-  
rum consciorum tales sunt, sed qui per notoriam malitiam, cum  
scândalo publico, in contemptum ministerii & disciplinæ Christia-  
næ, non sine offensione piorum fratrum, verbum & sacramenta  
contemserunt, aliisq; enormibus peccatis, sine emendatione ad  
finem usq;, indulserunt.

## LXXVII.

*Ritus honestæ sepultura* nomine venit non tam locus se-  
pultura & populi comitatus, quam pia solennitas cantilenarum  
sacrarum, quæ ad roborandam spem gloriosæ resurrectionis &  
vitæ beatæ; ad consolationem fidelium; ad informationem viven-  
tium; ut & ad honestum testimonium seu commendationem de-  
functorum, cantari solent.

## LXXVIII.

Licet enim negari nequeat, ut conciones & lectiones sacras,  
ita etiam cantilenas, propter vivos & lugentes in consuetudinem  
Ecclesiæ adductas esse: tamen & hoc verum est, testimonioq; ad-  
versariorum, qui pro sepultura improborum Ecclesiæ, & mini-  
stris verbi vim facere audent, satis comprobatum, quod simul uni-  
versus processus funeris ad cohonestationem defuncti dirigatur  
& requiratur.

## LXXIX.

De cuius ritus consuetudine Liber protestantium (Staatliche  
Aufsich)

Aufführung) fol. 75. b. canonem Concilii Toletani. 3. profert: *Qui a divina vocatione ab hac vita recedunt, cum Psalmis tantummodo & Psallentium vocibus, debent ad sepulchrum deferri. Sufficiat autem quod in se resurrectionis, Christianorum corporum, famularius divinum impenditur canticorum (Voces: tantummodo & sufficiat missæ & aliis in subsidium mortuorum superstitiosè excogitatis, sunt oppositæ.)*

## LXXX.

Talem igitur honorem sepulturæ, quali ex charitate & studio prorsus fraterno, pios in Domino beatè mortuos afficimus, in benè constituta Republica Christianæ Ecclesiæ, impus antea descriptis denegandam esse, rationes non unæ demonstrant.

## LXXXI.

Primò, constans sententia interpretum, qui ex honesto, & frequenti comitatu, in funere hujus adolescentis, colligunt, adolescentem istum, dum in vivis esset, sua probitate se vicinis & universæ civitati commendasse & amabilem reddidisse.

*Causa denegationis*

## LXXXII.

II. Sine dubio cum abusu nominis divini conjunctum est, quando verbum Dei, piis cantionibus comprehensum, ad coonestationem eorum adhibemus, qui sacrosanctum Dei nomen blasphemarunt, & ceu porci gemmas pedibus conculcârunt, Matth. 7. v. 6. ex hoc autem pietatis & fidei exercitiis, nunc demum corrigi nequeunt.

## LXXXIII.

III. Quorum impietatem DEUS vult publica ignominia affici, etiam in morte: illi indigni sunt istis ceremoniis, quæ ad piorum filiorum Dei coonestationem ordinatæ sunt: sed blasphemorum impietatem DEUS vult publicâ ignominia affici, Levit. 24. v. 14. Tales autem sunt, non tantum qui blasphemis sermonibus nomen Dei profanant, sed etiam qui speciem quidem habent pietatis, & virtutem abnegant, 2 Tim. 3. v. 5 Sicque scelerata sua improbitate nomen Dei blasphemare faciunt, Tit. 2. v. 9. Rom. 2. v. 24. Ergò.

## LXXXIV.

IV. Quemadmodum pii in vita cautè sese segregare debent à pravo consortio impiorum, Psal. 1. v. 1. 26. v. 4. 5. 101. v. 4. 5. 6. 7. & 139. v. 21. 22. 2 Joh. 1. v. 10. 11. 2 Thess. 3. v. 14. 2 Cor. 6. v. 14. Rom. 12. v. 2. 1 Pet. 4. v. 4. ita etiam sinant impros suos mortuos

sepelire, Matth. 8. v. 22. ne frigere eorum zelus improbationis videatur.

## LXXXV.

V. Promiscua hujusmodi liberalitas, tam erga impios, quam pios, non tantum non edificat (quod tamen unice omnes ritus Ecclesie spectare debent, 1 Cor. 14. v. 3. 12. & 62) sed etiam perturbat & scandalizat infirmos, contra precepta Apostolica Rom. 14. v. 15. 20. 21. cap. 15. v. 2. Matth. 18. v. 6. quando scilicet non a sece hominum, sed ab ipsis ministris verbi, perinde honorari videntur impium, qui est abominatio coram Deo, Psal. 5. v. 5. 7. & timentem Dominum, cum quo nec Regia dignitas aliis conferenda est, Sir. 10. v. 27. c. 25. v. 14.

## LXXXVI.

VI. Ecclesie Respublica, ἐκκλησιαστικόν rituum, ipsaq; libertas Christiana, prostituitur coram infidelibus hostibus Christianismi: potius igitur attendenda est regula Pauli, Rom. 14. v. 26. *ne bonum vestrum* (Luth. *Ewer Schak*. 1. *blasphemetur*, 1 Pet. 2. v. 12. cap. 3. v. 16.

## LXXXVII.

VII. Zelo Domini sic noster zelus non conformatur: Illi impiis sepulturam asini destinat, Jer. 22. & domui Abie sepulturam prorsus denegavit, 1 Reg. 14. v. 11. 12. Jesabilem canibus objecit, 1 Reg. 21. Et nos sepulturam electorum hæredum regni illis deferemus? Ex fide fieri non potest, Rom. 14. v. 23. quod & verbo destituitur, & manifestis dictis refragatur.

## LXXXVIII.

VIII. Specialiter præposteram hanc facilitatem gratificandi impiis, perstringere videtur Psal. 15. v. 4. In oculis ipsius (qui habitat in monte sanctitatis, & ambulat perfecte) contemptus est reprobis, timentes autem Jehovam glorificat.

## LXXXIX.

IX. Quæ est ἀραξία si hæc non est, quando qui digni erant, ut per excommunicationis rigorem a visibili corpore Ecclesie exclusi Satanae traderentur, ad interitum carnis, 1 Cor. 5. v. 5. per pacem cum piis sepulturam, non modo sindone, sed etiam sacris cantionibus placidi, quasi involvuntur.

## XC.

X. Quibus addi potest, quod secundum sanam, quoq; rationem, o-

nem, omnem societatem, & Rempubicam dedecet, si pari passu ambulent mali & boni, scelerati & virtutis studiosi: non minùs quoad honoris, præsertim publici, & omnium quæ eò spectant, quàm quoad alia præmia: Expende Rom. 13. v. 3. 7. & parabolas perquam emphaticas, Proverb. 26. v. 1. & 8.

## XCI.

Neque tanti est, quam nonnulli urgent, cognatorum & amicorum conjunctio: Deo magis est obediendum, quàm hominibus, Act. 4. & 5. Pater & mater, fratres & sorores, potiùs relinquendi sunt, quàm ut præter conscientiæ tranquillitatem facias, & Deum tuum offendas, Matth. 10. v. 37. Jacob. 4. v. 4. Gal. 1. v. 10.

## XCII.

Alii obtundunt, litem concernere tantùm res adiaphoras; campanas etiam & plura alia impotestate politici magistratus esse, &c. Quasi verò magistratus captivare potiùs, quàm tueri libertatem Christianam debeat! Quasi non strictè adserenda sit libertas, Gal. 5. v. 1. ita ut nec ad momentum adversariis cedere liceat, Gal. 2. v. 4. 5. Ne dicam, non ipsam cohonestationem piorum & sacras cantiones; sed tantùm speciem ceremoniarum in libertate esse relictam.

## XCIII.

Sed an non morosus hujusmodi rigor speciem habet coactionis ad fidem? quæ tamen in libertate Evangelica grassari non debet? Non omnis coactio prohibita est in regno Christi, Luc. 14. v. 23. sed tantùm tyrannica, qua facere cogimur ea, quæ secundum bonam conscientiam aversari debemus? Aliàs coactio legis, omnesq; gradus disciplinæ honestæ debent urgere veterem Adamum, qui sua inclinatione inimicus est adversus Deum, Rom. 8. Et si clavis stigans, vel ex communicatio obduratorum, scepro Evangelica non repugnat: multò minùs longè clementior hæc denegatio ceremoniarum funebrium repugnare censenda est.

## XCIV.

Quid si fortè defunctus cum exhalatione animæ seriam penitentiam egisset? Si cum latrone, Luc. 23. publicâ & seriâ confessione fecit, jam non ampliùs pro impio habetur: Sin occultè, ad meliorem mentem rediit, quo fundamento certitudinem testis probabit? Persistendum igitur in regula: De occultis non judicat Ecclesia: præsertim cum ad scandalum, & omnia alia incommoda

*Diluum-  
tur quæ-  
dam in-  
stantiæ.*  
nec cognatio h. in  
parte adserenda

præcavenda, non vaga opinione, sed veritate opus sit, ut & in omni usu adiaphorum, Rom. 14. v. 5. Si habuit fidem, sibi habeat coram Deo, Rom 14. v. 22. satis lucratus est illa occulta, & subitanea conversione, si salutem assecutus est, etiamsi etiam ordinationi Ecclesiæ satisfiat, cujus *ἑυταξία* magni momenti est. (Vide Epinum, apud Bidenb. Decad. 8. Confil. N. 6.)

VC.

Tandem non negligenda sunt in Christo illa *tria*<sup>1</sup> quòd præter discipulos frequenti turba stipatus civitatem Naim ingressus est.<sup>2</sup> resuscitatum adolescentem non in Eremum ablegavit, neque etiam solitariæ viduæ subtrahit, ut cum reliquis discipulis se sequeretur.<sup>3</sup> multò minus præconem constituit de rebus novissimis, quis mortuorum in & post mortem status sit.

XCVI.

*Primum* contra eos notandum est, qui extraordinariam illam Christi commorationem in deserto, Matth. 4. non sine ignominia politicorum statuum, eò trahunt quasi isto exemplo vita Eremitica consecrata sit: nihil attendentes, quòd Dominus aliàs ferè perpetuò populosas civitates, & numerosam turbam frequentaverit,

XCVII.

*Secundum* probabile reddit, Dominum nunquam in pontificia illa opinione fuisse, vitam Monachorum solitariam tantæ dignitatis coram Deo esse, ut præ illa deserere parentes, etiam invitos & contrarium suadentes, eximia perfectio religionis sit.

XCIIIX.

Christum igitur non imitantur Jesuitæ, & alii hujus farinae religiosi, qui opimas donationes pro monasteriis suis, præcipuè hac ratione venantur, ut liberos infidiosis artibus & persuasionibus circumveniant, atque eò adducant, ut abjectâ obedientia & servitio parentibus debito, suas regulas & tenebras superstitionis solitudinis sequantur.

XCIX.

Quos semel in nassam suam pertraxerunt, usque adeò non restituunt, vel restituere cogitant parentibus atq; cognatis, exemplo Christi, ut potiùs pro peccato in expiabili traducant, si liber; tale quid moliantur videlicet abusi dictis, 1 Tim. 5. v. 12. Luc. 9. v. ult. Jacob. 4. v. 4.

*Quanti fecerit Christus eremiticam vitam?*

*An deservendi parentes præ Monachatu?*

## C.

Si quisquam aptus fuisset ad religiosum perfectionis statum suscipiendum (qualem quidem Papistæ Monasticæ vitæ proprium faciunt) certè hic adolescens fuisset, & alii ex morte liberati: ut qui semel egressi ex mundo, omnium minimè istius commercium seculare redire debuissent.

## CI.

Tertium revocat nos ad regulam Domini, quod in rebus ad pietatem & cultum DEI pertinentibus, non sint audiendi mortui, sed lex, & Prophetæ, Esa. 8. v. 19. 20. Luc. 16. v. 29. 31. Unde quid de spectrorum, & animarum extra purgatorium evagantium commonefactionibus, ut & de Angelorum apparitionibus, apud Pontificios, scriptores decantatis, sentiendum, quibus colligere potest.

*De religione non sunt audiendi mortui.*

## DE ABUSIBUS TEXTUS.

## CII.

Restat, ut de quibusdam depravationibus discipuli nostri admoneantur, quæ pauciores quidem, circa hanc pericopen Evangelicam, sed non contemnendæ occurrunt.

## CIII.

Quod accessus Christi, tam feliciter defuncto adolescenti, viduæ matri, & aliis in funus euntibus, cessit: illud Costerus ita accommodat, part. 1. conc. p. 429. *Christi accessus salutaris est, cum venerabile sacramentum tuas ades præterfertur sive in processione, sive ad infirmos, ora Christum, nec dubita, quin peculiare aliquid, modo sis dispositus, impetrabis.*

*Abusus ad processionem cum sacramento, &c.*

## CIV.

Duplici errori prætextum fabricat. 1. quod sub circumgestatione panis consecrati, seu Eucharistici, sive in solennibus processionibus, cum consueto theatro apparatu, sive ad infirmos deportetur, ipse Christus occurrat, ideoq; ab obviis quibusque in genua prostratis, humili adoratione excipiendus sit. 2. quod ad beneficia occurrentis Christi suscipienda opus sit dispositione. h. e. secundum stylum Romanensem, aptitudine ex viribus humani arbitri ad congruum, & condignum accommodata.

105. Quoad

## CV.

Quoad primum magna fiducia credimus, Christum nunquam vacuum venire, quocumque gratiosè venit, ideoq; etiam reverenter adorandum esse id quod nos, in ipsius accessu per cænæ Eucharisticæ legitimam distributionem, non intermittimus: negamus autem temerarium illud λήμνα, quòd in circumgestato pane, ipse Christus accedat: eò quod ista circumgestatio, sine omni mandato & promissione, contra institutionem cænæ, humanitus tradita est, ideoq; in nomine Jesu fieri nequit, qualibus congressibus solis præsentiam suam ipse promisit, Matth. 18.

## CVI.

Posterius profus à rhombo discrepat. Nam ne cogitare quidem licet de dispositione vel defuncti, vel matris viduæ, quæ in exemplum imitationis trahi possit. Defuncti cadaver sine omni sensu, & motu jacebat in loculo: viduæ nihil minùs, quam tam gratiosum & miraculosum adventum Domini expectabat, adeò ut ne precibus quidem auxilium ipsius imploraret, sed totam gratuita & spontanea commiseratio prævenit.

## CVII.

Unde etiam B. Lutherus, in Postilla Domestica, longè rectiùs hunc locum communem elicit: *Hic nullum meritum viduæ, nulla preparatio, ne preces quidem: Ergò omnia beneficia Christi merè gratuita: ò quam infinita bona Deus quotidie in nos & mundum projicit, quæ ne agnoscimus quidem!*

## CVIII.

Rectiùs nos Apostolus edocet, quòd omnis nostra inavortus, aptitudo seu dispositio à DEO sit, 2 Cor. 3, qui & velle, & perficere donat: hoc est, tum beneficia sua gratis offert, tum etiam fidei manum, in cujus fiducia omnis dispositio hac in parte necessaria consistit, sponte donat & operatur, Joh. 6. v. 29. Phil. 1. v. 29.

## CIX.

Melioris notæ non est ejusdem Costeri Allegoria, p. 427. *Figuratur, ait, Ecclesia Christum ducem, & heretici cadaver sequentes. Nos Christum sequimur, cum in processione sequimur Eucharistiam, & vexillum ejus, quod crux est, & vicarios ejus. Altera turba Christum non habet, sed sequitur cadaver, quod hereticorum ministrorum typum gerit, qui, mortuorum instar, bulantur à passionibus suis, etiam reluctante conscientia. In turba Christi*

*Inepta  
allegoria  
Costeri.*

*Christi erant Apostoli: in turba hereticorum seculares, & non legitime ordinati. Turba Christi major; sic Catholica Ecclesia singularum heresum multitudinem vincit.*

## CX.

Enarrasse hic est confudisse. Quilibet videt, quàm coacta sint omnia, multa etiam ficta, si maxime vera dicantur in applicatione. Nonne etiam in comitatu Christi fuerunt seculares? Quomodo vidua tam dilecta Christo ducit agmen hereticorum? Unde constat, turbam Christi majorem fuisse turbam civitatis, quæ utrobique MULTA eadem voce vocatur? Falsum insuper est, quòd Ecclesia vera, quamvis multitudinem hereticorum vincat, ad Christi gratiam sese accommodaverit.

## CXI.

Deinde Ostorodius, Phocinianæ scholæ magister, ejusmodi argumentum cudit, c. 33. Instit. germanic: *Si ipsi Christiani & fideles quorum peccata Christus sustulit, mortales tamen sunt: sequitur mortalitatem non peccati penam, sed homini naturalem esse, & primum Adamum per naturam morti obnoxium fecisse, etiam antequam laboretur: sed prius verum, Luc. 7. Joh. 11. Gen. 5. & 10. Heb. 9. Ergò.*

*An mors  
ante pec-  
catum?*

## CXII.

Incrustat hac ratione errorem Pelagianorum & Pontificiorum, qui similiter, non à reatu lapsus primi, seu peccati originalis vitio, sed ab elementari constitutione substantiæ humanæ mortis necessitatem deducunt, Bellarm: de Gratia primi hominis, lib. 1. cap. 9.

## CXIII.

Verùm, ut expressæ scripturæ contradicunt, Gen. 2. v. 17. Sap. 2. v. 23. 24. Rom. 5. v. 12 c. 6. v. 23. c. 8. v. 10. 1 Cor. 15. v. 22. 55. & imaginem Dei, h. e. immortalitatis divinæ, in Adamo innocenter eludificant, Gen. 1. v. 27. Ita stolidam consequentiam necant.

## CXIV.

Committunt enim fallaciam per non causam, ut causam, in connexionione majoris. In renatis ut causa mortis reddatur, non opus est, ut recurramus ad elementorum seu materiæ conditionem: quia etiam si peccatum partim regeneratione & renovatione expurgatum, partim gratiosa condonatione per fidem te-  
ctum sit, ne cedat ad damnationem; tamen materialiter adhuc

D

hæret

hæret in naturâ, ideoq; miserabile corpus mortis constituit, juxta querelam Pauli, Rom. 7. v. 24. donec per mortem prorsus exterminetur.

## CXV.

Accedunt etiam illa. <sup>1</sup> secundum processum DEI sapientissimum & saluberrimum, cum remissione peccati non necessario & per se cohæret condonatio pænæ: hæc enim sæpe in crucem convertitur, & varias causas utilitatesq; habet 2 Sam. 12. <sup>2</sup> Mors piorum jam novum nomen & indolem habet, respectu termini ad quem videlicet non tam mors est propriè loquendo, quam somnus & janua ad vitam, Johan. 5. v. 24. c. 11. v. 11. Phil. 1. v. 21. <sup>3</sup> Decreto DEI, Gen. 2. v. 17. c. 3. v. 19. statutum est, ut homo semel moriatur, Heb. 9. v. 27. Sed decreta DEI sunt immutabilia, Num. 23.

## CXVI.

Sed instant: Christus opera Diaboli destruxit, 1 Joh. 3. v. 8. qui potestatem mortis habet, Heb. 2. v. 14. & peccata delet, Joh. 1. v. 29. cessante igitur causa, effectus cessare deberet, si vera & ad æquata illa causa fuisset.

## CXVII.

Et. Certo ordine Christus salutem generis humani procuravit, certo etiam ordine illam applicat: non immediatè in cælum transfert, sed luctandi materiam relinquit, Gal. 5. Eph. 6. Apoc. 2. 1 Tim. 1. Inter cætera autem vult, ut, qui sermonem suum audit & credit ei, habeat vitam æternam, & in condemnationem non veniat, sed transeat A MORTE in vitam, Joh. 5. v. 24.

## CXVIII.

Stapletonus, in promt. Catholico scribit: *Christus ceremonias funebres occursu & miraculo honorat: Ergò male hæretici ritum cum clero, luminaribus & hymnis rident.*

## CXIX.

Quis autem non videt vanitatem consequentiæ? <sup>1</sup> Simili ratione possemus nostras ceremonias contra Catholicos vindicare, quod tamen ipsi non permittunt. <sup>2</sup> Proceditur ab indeterminato ad determinatum: Item ab una specie ad aliam, quasi similem, re ipsa autem dissimilimam. Ceremonias quidem funebres in genere non improbat Christus, reservato jure decoris & ordinis, 1 Cor. 14. i. Et si in specie quoq; illas probasset, quæ in Naim usitæ erant, non tamen sequitur, quod omnes alias quantumvis superstitionas, quales pontificiæ pleræq; sunt, probare velit.

*Abusus  
pro ritibus  
funebris  
in pa-  
tris?*

## CXX.

Nulla tamen necessitas cogit, ut antecedens concedamus: Occursu & miraculo consolari & juvare voluit. <sup>2</sup> Sæpè occurrit Pharisæis. h. e. incidit in eos, & hi in ipsum non tamen occursu tali honoravit illos, aut fermentum eorum pharisæicum. <sup>3</sup> occurrit etiam vidua Christo, cum bajulis & turba, neq; tamen apparet, quomodo hi Christum honoraverint.

## CXXI.

Huc accersenda est quædam dissertatio Stanislai Grodicii, quam super Evangelio, feria 2. Paschatis, Conc. 2. instituit, ad hunc modum: *In vitam rediit Lazarus ad solam vocem Christi, Joh. 11. Filius viduæ & filius Archisynagogi, tum ad vocem, tum ad tactum; illic quidem loculi, hic verò manus puellæ. Vides tantundem unam. quantum plures ceremonias valere. Ergo in Eucharistia tantundem sub una specie, quantum sub utraq; sumitur.* Plura quidem ibi atrexit *παρρησια* argumenta, quæ huc non pertinent.

*Abusus  
ad imi-  
tationem  
cena.*

## CXXII.

Resp. à Possè ad esse non valet consequentia: Non negamus, quemadmodum Christus vel sola voce, vel tactu cum voce conjuncto, vel solo nutu, vel pluribus modis, eundem effectum miraculosum potuit producere, ita etiam eundem potuisse, & posse, sub una specie seu elemento sacramentali, tam sanguinem quam corpus suum exhibere, si VOUISSET. Noluisset autem illum, testamenti sui sanctione testatum fecit, addito mandato: hoc facite, videlicet, edite panem qui est, non sanguis sed corpus meum; bibite vinum, quod est, non corpus, sed sanguis meus.

## CXXIII.

Nihil igitur ad rem pertinet talis analogia, quæ à liberis ceremoniis actionis privatæ, & ad imitationem vel continuationem nunquam trahendæ, ad sacramentalem actionem traducitur. Hoc ostendendum est, postquam Dominus Sacramenta certis substantialibus requisitis sua institutione expressè circumscriptis, liberum mansisse apud fideles, vel etiam liberè & piè factum esse ab Apostolis aliisque; verè fidelibus, ut unum vel plura omitterentur, cum beneplacito DEI, & salvâ integritate Sacramenti: Id verò ad Calendas græcas demonstrabitur.

## CXXIV.

*Abusus ad  
preces pro  
defunctis.*  
97. 2. A. Forp.

Centuria Magdeburg. 12. c. 5. col. 840. Petro Cluniacensi tribuit ridiculum hoc argumentum, quo, ad obtinendum errorem de suffragiis pro mortuis, oppugnare Petrobrusianos solitus est: *Christus vivus mortuis, & mortuus vivis profuit, Ergo sacrificandum & orandum pro defunctis.*

## CXXV.

Quod hoc in argumento respexerint etiam ad miracula Christi, quibus non modò leprosis, cæcis, claudis, sed etiam mortuis, Lazaro, Filio viduæ, & filiæ Jairi profuit: alia forma argumentationis prodiderunt, quæ allegato loco adjicitur: *Petrus Tabitham precibus resuscitavit, Act. 9. Paulus Eutychum, Act. 20. Ergo pro defunctis sacrificandum & orandum est.*

## CXXVI.

1. Mirum, quod nō inferre ausus sit (ut pari facilitate inoptiendi potuisset.) Ergo decet fideles precibus suis defunctos ex morte in vitam revocare. 2. ab extraordinaria actione ad ordinariam, præsertim ordinariam actionis imitationem, malè proceditur, 3. Quæ consequentiæ ratio? Christus profuit, Ergo & nos? 4. Proceditur à dicto secundum quid: Aliquo modo & respectu, interdum profuerunt preces pro defunctis, Ergo etiam hoc modo, respectu, & usu, ut illis cruciatus purgatorii mitigetur, & liberatio ex illis tantò citius obtingat. 5. neque à precibus ad sacrificium, nempe Sacramentum missæ, legitime concluditur: præsertim cum tam purgatorium, quàm sacrificium missæ, sacræ literæ ignorent, & vera fidelium Ecclesia prorsus repudiet.

## CXXVII.

*Abusus  
pro men-  
dacibus  
miraculis.*

Ultimo loco redeundum nobis est ad Costerum, qui p. 449. scribit: *Disce (videtur ex fine Evangelii, ex timore & glorificatione populi) non contemnere miracula, ut nunc heretici faciunt, qui ea, quæ ad imagines, reliquias, & sanctorum memorias, vel per Ecclesiæ Sacramenta fiunt, stolidè vident, quia in sua synagoga similia non vident.*

## CXXIIX.

Respondeo breviter: Injuriam malitiosam nobis facit Jesuita, qui vera miracula usq; ad eò non ridemus, ut in explicandis & cum reverentia considerandis iis, pro occasione Evangeliorum Domini-

Dominicalium, (quæ ut plurimum, de miraculis narrant) nulli fidelitatis & industriæ palmam faciliè concedamus.

## CXXIX.

Divinis autem miraculis Christi & Apostolorum accensere mendaciâ opera Antichristi non sinit Apostolus, 2 Thess. 2. v. 9. neque Christus, Matth. 24. v. 24. neque antiquissima scriptura Mosis, Deut. 13. v. 2, 3.

## CXXX.

Esse autem mendaces illas sanationes ad reliquias & statuas Sanctorum, à Papa Divorum albo, vel adscriptorum, vel adhuc adscribendorum, factas; constat partim ex fabulosis narrationibus & exaggerationibus, partim verò & potissima, ex eo, quia à sinceritate doctrinæ Evangelicæ, ad crassissimos errores & mendacia Pseudo doctorum, cum gloria DEI, cum officio & merito Christi salvifico pugnantiâ, seducere student.

## DECAD. VI. DISPUT. II.

## DOMINICA XVII.

## POST TRINITAT:

Luc. 14. v. 1, II.



Uasi de industria aliquot miracula edidisse videtur Christus Dominus noster in Sabbato, non tantum, ut per occasionem frequentioris turbæ magis innotesceret, sed etiam ut sinistra Phariseorum opinio de fugiendis operibus in die Sabbati evidentius confunderetur, veraq; Sabbati observatio constantius assereretur.

## II.

Gravis igitur est disquisitio de sanctificatione Sabbati: quod etiam primordia Ecclesiæ Apostolicæ & conflictus cum pſenſis Apostolis testantur. Huic non immerito primarium locum circa ζῆλιχτα hujus Evangelii tribuimus, præsertim, cum hæcenus nondum occurreris, neq; deinceps recurrat: Idq; propter Judæos, judaizantes quosdam Calvinianos, Photinianos & alios profanos homines, contra quos bonâ conscientia militandum est.

*Quæstio  
de Sabba-  
to etiam  
olim con-  
troversa.*

Fuisse hanc quæstionem tempore Christi admodum contro-  
versam, difficilem & odiosam, tum ex hoc Evangelio, tum ex aliis  
locis apparet, Matth. 12. v. 20. accusabantur discipuli, quòd, die  
Sabbati spicas evulsissent; Cumq; Joh. 5. vir trigessimus octa-  
vum annum in morbo agens die Sabbati à Christo sanatus fuisset,  
lectumq; suum humeris impositum domum portasset, restatur  
Evangelium, & sanatum & sanitatis Autorem, ceu violatores Sab-  
bati, in gravi periculo versatos esse. Id quòd adversarii etiam mol-  
liti sunt circa restitutionem cæci, Joh. 9. Qui quasi ad insanum  
furorem redacti, consiliùm ceperunt de Christo capiendò & oc-  
cidendo, postquam aridam manum hominis cujusdam integra-  
ti restituisse, Matth. 12. v. 14. Marc. 3. v. 6. Luc. 6. v. 11.

*Anilia  
Rabbino-  
rum de  
Sabbato.*

Impulit Judæos & Phariseos potissimum quidem immato-  
odium adversus JESUM: Simul autem rotabat eos facinum ex  
traditionibus Rabbiorum, quòd in Sabbato non liceat ambulare  
super herbam, ne pedibus evellatur; non conscendam arbo-  
rem, nec quippiam in ea suspendendum; poma Sabbato decerpta  
non esse comedenda; non ascendendum in agrum, vestem vino  
aut oleo madefactam non esse eluendam; pomum ad ignem non  
esse asandum; non legendum ad lucernam, nisi duo legant; non  
capiendum pulicem, nisi pungat, &c. (Refert Münsterus ex Rab-  
binis in cap. 20. Exod.)

Disimulari non potest, observationem Sabbati Divino  
mandato rigidissime fuisse injunctam populo Judaico: Non li-  
cuit in Sabbato iter facere, Exod. 16. v. 29. neq; ignem accende-  
re, Exod. 35. v. 3. non arare aut metere, Exod. 34. v. 21. Non onus  
portare, Jerem. 17. v. 21. nec ullum opus facere, Exod. 20. v. 10.

*Quædam  
opera ma-  
nuum eti-  
am in Ve-  
tèri Sab-  
bato lici-  
ta.*

Nihilominus, quia causa mandati non fuit vel intrinseca ma-  
jestas dici unius præ altero, neque simplex cessatio à labore, sed  
sanctificatio, ut certò tempore homo, à servilibus operibus solu-  
tus, sacris vacaret totus, ad quam cessatio à labore ordinis ratione  
ferebatur: Etiam vigente adhuc legè, tam Ceremoniali quam  
Morali integritate, tamen quædam opera in Sabbato concessa  
fuerunt, videlicet quibus ad sanctificationem dici, seu ad exer-  
citia

citia cultus divini, carere non poterant. <sup>2</sup> Quæ necessitate inevitabili urgebantur. <sup>3</sup> Quæ charitas imperabat, Esa. 58. v. 7. Unde omnibus, qui sub lege erant, constare debeat, secundum genuinum sensum legis de Sabbato neq; absolutum otium requiri, neq; operandi licentiam simpliciter intercludi.

## VII.

Exemplo esse possunt <sup>1</sup> Circumcisio cruenta, quæ manibus & cultro perficienda fuit in Sabbato, quoties cum octavo infantis die coincidebat. Ideo hac instantia contra *Ἰουδαίων* Phariseorum usus legitur Christus, Joh. 7. v. 21, 22. *Unum opus feci & omnes miramini: et Attamen Moses dedit vobis circumcisionem, ut Sabbato circumcidatis hominem: Si circumcisionem Sabbato accipit homo, cum non solvatur lex Moysi, mihi indignamini, quod totum hominem sanum fecerim Sabbato? Ne judicetis secundum speciem, sed iusto iudicio iudicatis.*

## VIII.

Deinde sacrificiorum administratio, victimarum adductio, mactatio, excoriatio, coctio, crematio, & huiusmodi operæ Levitici ministerii, externæ actiones fuerunt, etiam cum labore manuum conjunctæ: At qui tales principaliter locum habuerunt in Sabbato & aliis longè solennioribus festivitatis, ut Christus opponit, Matth. 12. v. 5. Ergo quædam manuarum opera Sabbatum non profanabant.

## IX.

Necessitatis ratione Israelitæ in ipso Sabbato civitatem Jericho oppugnaverunt, Jos. 6. v. 3, 4. Cujus exempli intuitu Mattathias non dubitavit arma capere adversus hostes, 1 Maccab. 2. v. 41. cum alii *ἡ εὐσθία ἀνομιᾶν* suam, seu, ut Paulus alicubi vocat, Zelum absq; scientia, gravi pœna luere cogerentur, 1 Maccab. 2. v. 38.

## X.

Idcirco Christus, quemadmodum non de solvenda, sed implenda, & à scoriis depravationum repurganda legeratione officii sollicitus fuit, quoad præcepta alia, Matth. 5. v. 6. & 7. Ita etiam genuinam sinceritatem hujus tertii præcepti verbo & factis vindicandi occasionem sedulo captavit; adeo ut nunc ne quidem hostis convivium refugeret, neq; hydropicum ex insidiis oblatum desereret,

*necessitatis*

## XI.

*op. sanctus*  
 Opere sanationis demonstravit, officia Caritatis, præsertim necessitate exigente, Sabbathum ejusq; sanctificationem potius adjuvare & cohonestare, quàm dehonestare.

## XII.

Argumentum, quo, præter actualem quæstionis resolutionem, ad suos insidiatores usus est, fuit tale: Si Sabbathum non violatur per opera beneficentiæ erga asinum aut bovem in puteum prolapsum, etiamsi sine labore manuum fieri nequeant: utiq; nec, & multò minùs, violatur per opera beneficentiæ erga hominem, in necessitate constitutum: sed prius verum; Igitur etiam posterius.

## XIII.

*v. 6.*  
 Assumptio ex evidentia rei & praxi Judæorum tam firma fuit, ut non habuerint adversarii (propter quos tamen ex professo controversia mota erat; qui etiam confusionem Magistrum unice invocatis habebant; qui sibi omnium ingeniosissimi Zelotæ pro lege de Sabbatho videbantur) quod responderent vel contradicerent, v. 6.

## XIV.

Cæterum Lex de sanctificatione Sabbathi, secundum *ἐν τῷ* in Mose propositum, ita sonat, Exod. 20. v. 8. 9. 10. 11. Memento diei Sabbathi, ut sanctifices illum: Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: At die septimo Sabbathum erit Jehovah DEO tuo; non facies ullum opus, neq; tu, neq; filius tuus, neq; filia tua, neq; servus tuus, neq; ancilla tua, neq; animal tuum, neq; peregrinus tuus, qui est in portis tuis. Sex enim diebus fecit Jehovah cælum & terram, mare & quæcunq; sunt in eis: & requievit die septimo; Idcirco benedixit Jehovah diei Sabbathi & sanctificavit eum. Vide etiam Deut. 5. v. 12. 13. 14. 15. Levit. 23; v. 13.

## XV.

Ex quibus locis facile fines primarii eliciuntur, propter quos Sabbathum tam strictè impositum fuit populo Israelitico carnali & ad superstitionem admodum pronò, ut non tantum explicatiōe cultus & certorum rituum designatione: Sed etiam temporum determinatione opus haberet; quò circumspèctè constringeretur & adversus *ἰδεὶς ἀδελφῶν* muniretur.

## XVI.

Finis principalis fuit, ut certo die publici congressus & in aliis exercitia præscripti cultus instituerentur, quæ propriè ad sanctificationem diei pertinebant; Levit. 23. v. 13.

## XVII.

Secundus finis fuit quies corporalis, quam ad refectionem virium tam jumentis quàm hominibus, & quidem hominibus simul ad sublevationem concedere voluit, quò sacris meditationibus atq; servitiis commodius vacarent.

## XIX.

Tertius finis fuit significativus tripliciter. Sabbatum enim debuit esse memoriale <sup>1</sup> quietis, hoc est, cessationis divinæ, post consummatum opus creationis, Exod. 20. v. 18. <sup>2</sup> Liberationis ex servitute Ægyptiaca Deut. 5. v. 14. 15. <sup>3</sup> Tranquillitatis internæ, imò æternæ, Exod. 31. v. 13. Esa. 66. v. 23.

## XIX.

Sic ergo custodia Sabbati Mōsaici continuit quædam ad perpetuam rationem pietatis, quædam verò tantum ad officia Judæorum in veteri Synagoga pertinentia; Unde etiam præceptum de Sabbato non totaliter, sed ex parte tantum morale fuit.

## XX.

Morale fuit, quatenus statuit certo tempore sacris exercitiis ad cultum DEI spectantibus peculiariter vacandum; Ideoq; à servilibus operibus, quæ publicum ministerii exercitium impediunt, illo tempore abstinentum esse.

## XXI.

Ceremonialis fuit determinatio septimi diei, ut & respectus ad certum modum sanctificationis, in Leviticis ritibus positum, cum significationibus typicis, quæ à septimo die pendent.

## XXII.

Unde etiam sub hoc respectu, obligatio ad Judaicum illud Sabbatum, extra ambitum veteris Synagogæ seu Levitici Sacerdotii, se extendere non debuit: Et sempiternitas hujus Pacti, Exod. 31. v. 16. aliter accipiendâ non fuit, quàm de cæteris umbris, & cæteris umbris & ceremoniis stylo usitato, Exod. 21. v. 6. 1 Sam. 1. v. 22. Eceles. 3. v. 14.

## XXIII.

Subinitium enim Novi Testamenti Sabbatum finem assecutum est, honorificè quasi sepultum & obsignatum quiete Salva-

E

toris

Finis Sab-  
bati Mo-  
saici.

Lex de  
Sabbato  
ex parte  
tantum  
moralis.

Implevitque

Sabbati  
abrogatio.

toris nostri in sepulchro: quemadmodum, præter generalia fundamenta libertatis Evangelicæ, expressum testimonium abrogationis extat, Col. 2. v. 16. Rom. 14. v. 5. 6.

## XXIV.

Quicquid umbræ rationem habuit in politia Judaica, illud per N. Testamentum debuit aboleri, Hebr. 10. v. 1. Sed Sabbatum non minùs quàm aliæ ceremoniæ fuit umbra, Corpus autem Christus, Col. 2. v. 17. Ergò præfente Christo aboleri oportuit.

## XXV.

Quando igitur, tum Christus ipse, tum Apostoli, in primitiva Ecclesia studiosè observarunt Sabbatum, ita ut plerumq; illo die in synagogis docerent, Luc. 4. v. 16. Act. 13. v. 14. c. 16. v. 13. c. 20. v. 7. Illud non ampliùs ex metu rigidæ damnationis legalis, sed liberè fecerunt, partim ut vetustas Mosis honestè quasi sepe-liretur, paulatimq; N. T. privilegia, sine detrimentosa offensione Judæorum, invalescerent: partim ut commodiorem docendi occasionem captarent.

## XXVI.

Planè ut cum circumcisione & nonnullis aliis legalibus constitutionibus factum est, juxta decretum Apostolicæ synodi, Act. 15. v. 29. c. 16. v. 3.

## XXVII.

Postquam autem hoc adiaphoricum interstitium finem suum affectum est, vel jus libertatis Christianæ contra insidiatores strictè asserendum: Jam non ampliùs in libertate nostra relictum, sed prorsus prohibitum est Sabbatum, juxta gravissimas sententias Apostoli: *Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut Neomenia, aut Sabbatorum*, Col. 2. v. 16. Item: *Dies observatis & menses, & tempora & annos: Vereor, ne frustra in vobis laboraverim*, Gal. 4. v. 10. 11.

## XXVIII.

Ideo Ecclesia Christiana, quemadmodum abrogatione reliquarum solennitatum Judaicarum, Neomeniæ Paschatis, festi tabernaculorum, &c. ad securam raritatem congressum publicorum abusa non est, sed certos dies festos Nativitatis & circumcisionis Christi, Ascensionis & Resurrectionis, Apparitionis Spiritus Sancti & similes instituit: Ita loco Sabbathi, seu septimi diei, liberè sanctificat primum diem septimanæ, in memoriam gloriose Resurrectionis Domini; Unde etiam dies Dominicus appellatur.

29. Hanc

quodammodo ab ipso Sabbatum coluit

Sabbatum iud. observatum  
liberè fuit observatum  
et. 2. 7.

Jam prohibita

Dies Dominica in locum Sabbathi successit.

## XXIX.

Hanc primam diem observasse Apostolos in celebrandis conventibus, colligi potest ex Act. 20. v. 7. 1 Cor. 16. v. 2. Una autem Sabbatorum. *μία σαββάτων*; per hebraismum est, prima, ipsaq; dies Resurrectionis Dominicæ, Marc. 16. v. 2. quam sine dubio etiam Johannes notat in Apocalipsi sua, c. 1. v. 10. diei Dominici mentionem faciens.

## XXX.

Hæc dies cum à Resurrectionis gratiosa victoria satis commendata esset, præ cæteris tamen aptior conventibus sacris etiam hanc ob causam videri potest, quia Christus octavo die, post resurrectionem nimirum, hac prima hebdomate congregatis suis discipulis solenniter ministerium Apostolicum iterum concedidit, Joh. 20. *v. 22.*

## XXXI.

Ned dicam de aliis coincidentibus dignitatib<sup>9</sup>: Certè prima die septimanæ mundus & lux in creatione ortum suum accepit; Adeo ut si non cessationis à creatione, tamen creationis & reparationis memoria in Sabbato nostro Christiano optimè recoliqueat. Eò respexit Iustinus Apol. 2. *Die solis communiter omnes conventum agimus, quia dies primus est, quo Deus tenebras & materiam confusam depellens mundum fecit.*

## XXXII.

Si Sabatum Mosaicum debuit apud Israelitas redintegrare recordationem miraculosæ liberationis ex Ægypto, Deut. 5. v. 15. tantò gratior sit nobis dies Dominicus, quo per victoriam resuscitati Christi impetrata & obsignata fuit nostra spiritalis eductio ex captivitate Diaboli, mortis & inferni, ejus illa antiquior tantum typus fuit.

## XXXIII.

Deniq; quia per mortem & resurrectionem Christi finis politicæ Ecclesiasticæ, Sacerdotii Levitici impositus est, cum quo etiam Sabbatum septimi diei aboleri debuit, Col. 2. v. 17. Mirum non est, quòd in libero delectu, prima dies præ tertiâ, quartâ vel aliâ, delecta fuit, in perpetuum testimonium practicum, Christianos à discrimine dierum liberatos esse.

## XXXIV.

Quæ omnia cum ita sint, non possumus ferre opinionem Photinianorum recentium, qui in excessu peccant; cumq; aliàs Christo

*Contra  
Photinia-  
nos.*

Domino & Salvatore nostro affingant, quòd de sua perfectione singulis præceptis decalogi, supra perfectionem Mosaicam, quædam addiderit, de hoc tertio præcepto affirmant, quòd *prorsus abrogatum sit, ita ut nihil* (quod nos supra morale vocavimus) *remanserit.*

## XXXV.

Certum enim est (etiãsi circumstantia temporis, diei, modi, & ordinis libra sit) congressus publicos ad præstandum cultum sincerum adorationis, ad celebranda beneficia DEI, ad auscultandum verbum & administranda sacramenta, necessarios esse semper, etiã in Ecclesia N. T. Col. 3. v. 16. 1 Cor. 11. v. 17. Unde etiã Paulus *ἐν τῷ ἐκείνῳ* publicorum congressuum tam diligenter commendavit, 1 Cor. 14.

## XXXVI.

*Contra  
Judeos.*

In altero extremo malitiosè adhuc hærent Judæi excæcati, qui nullum cultum, nisi secundum Schema Mosaicum, agnoscunt, & septimi diei observationem summè necessariam esse contendunt.

## XXXVII.

*Fabula  
Judaica  
de Sabbatho  
infernali.*

Fingunt etiã omnes gentiles, qui Sabbathum non servarunt, horribiles cruciatus perpeti in Inferno, & nolentes volentes cogi ad Sabbathum, etiã apud inferos servandum: Videlicet damnatos eo momento, quo Judæi in terris Sabbathum initiãnt, evocari ab Angelo, dato ad requiem signo, & statim quo momento Judæi Sabbathum finiunt, revocari ad pænas (Refert Helvicus Tom. 4. Gies. disp. 9.)

## XXXVIII.

Scilicet his necessitas incumbit demonstrandi, contra omnes hypotheses Mathematicorum, quomodo in universo orbe terrarum Sabbathum præcisè secundum unum idemq; principium & finem observari queat, cum propter mutationem Horizontis in æqualemq; solis ortum & occasum, per diem dimidium aut integrum variatio facilè incidat? aut quotum ex tot Meridianis Inferi, ceu cynosuram suam aut solarium, hac in parte intueri debeant?

## XXXIX.

Nos stamus in illa libertate, qua Christus nos liberavit, neq; patimur nos à juratis hostibus Christi & Christianismi contrario jugo implicari, Gal. 4. v. 1. Secuti consilium Apostoli supra allegatum: *Ne quis vos damnet respectu Sabbatorum, Col. 2. v. 16.*

## XL.

Ebionitas dudum missos fecit Ecclesia, & rectè quidem, qui non tam ob rigorem Mosaicum, quàm propter exempla Apostolorum, quæ in Actis eorum extant, utriusq; sic unà cum Dominica Christiana etiam Sabbatum Judaicum coluerunt, ut videre est apud Eusebium lib. 3. Hist. Eccl. c. 27.

## XLI.

Istis dum sese assimilant Christiani, nostra ætate in Æthiopia degentes (referente Bellarmino lib. 3. de cultu Sanct. c. 9.) vehementer certè errant contra libertatem Evangelicam, omnino revocandi ad testimonia Apostoli perspicua Rom. 14. Col. 2. Gal. 4.

## XLII.

Ex abrogatione Sabbati Judaici nascitur illud πρόβλημα, Christianos non ampliùs, per conscientiaè necessitatem, strictè obligari ad formalia verba tertii præcepti tum recitanda tum servanda, sicut in Mose extant: Multo minùs ad πῦρόν totius Decalogi, qui pro statu Israeliticæ Ecclesiæ multa ceremonialia eum mor alibus involuit.

## XLIII.

Itaq; jam aliquoties Calvinianis reformatoribus non immeritò objectum est: esse admodum crudam & Christiana professione indignam thesin, *Quòd Decalogum Mosaicum in omnibus verbis & litteris observandum adstricti sint Christiani: Et intolerabilem mutilationem esse, quando vel paucioribus verbis summam re pueritiæ Catechumenorum incultatur, vel Ceremonialia, solis Judæis propria, prætermittuntur.*

## XLIV.

Dum igitur in præconcepta intentione non solum perseverant, sed etiam ex illa Ecclesias turbant, & sine omni ullius verbi omissione informari Christianam pueritiam ex verbis Mosis, Exod. 20. Deut. 5. jubent: Aperitè judicareprehenduntur.

## XLV.

Sed neq; illa sententia integritatem libertatis Evangelicæ sapit, quando moraliter præcepta & necessaria judicatur observatio, non quidem illius septimi diei, quem Judæi in fine septimanæ, pridie nostræ Dominicæ, colunt, sed septimi alicujus diei ex septem.

*Ebionitarum error de Sabbatho.*

*29 et Sabbathum cum Dominica sanctificand.*

*Quidam Calviniani judaizant circa legem de Sabbatho.*

*An alicujus septimi diei sanctificatio sit necessaria?*

## XLVI.

Hic mentem suam Guil: Perkinsi, lib. 2. casuum conscientiarum, c. 16. sic exponit: *Utrum sit in potestate Ecclesie Dei in terris Diem Sabbathi à die septimo ad ullum alium diem transferre? respondeo negatè.*

## XLVII.

Ubi tamen modestia laudanda; In hac questione, ait, enodanda & disceptanda, non aliquid absolute definiam, sed tantummodo proponam illud, quod veritati & rationi congruere maxime, meae sententia, videbitur. Item, Sect. 2. p. 407. In præcepto de Sabbatho perpetuum & morale est (Sicut ego existimo) ut septimus dies sanctæ quieti consecraretur, & ut hæc sacra quies in septimo aliquo die observaretur: Dico autem, non in hoc aut illo septimo die, sed in uno ex septem.

## XLIX.

Similiter Sect: 3. p. 413. scribit: Si Ecclesia Sabbathum mutandi libertatem & potestatem haberet, tum hæc mutatio fieri deberet intra septimanæ circulum, ad sextum, sive quintum, sive quartum, sive secundum seu tertium, vel primum diem; Et non ad octavum, vel nonum vel decimum diem extra hebdomadis periodum.

## XLIX.

Morosiùs necessitatem efflagitat D. Schönfeldius in suo syllogismo septimo, D. Menzero ante aliquot annos opposito: Cujus minor propositio sic habet: D. Schönfeld Christiane juventuti Decalogum INTEGRÈ (videlicet secundum interpretationem synodi Castellanz, de verbo ad verbum, à litera ad literam, sine omni additione & detractio) ita ut simul observato Ceremonialium & Moralium discrimine, loco Sabbathi Ceremonialis diem septimum in genere (ID QUOD MORALE EST) & quidem diem quemq; Dominicum celebrandum moncat.

## L.

Nostri autem Præceptores sententiam Ecclesie Orthodoxæ ita proponunt: *Non est Morale diem quemvis septimum esse Sabbathum: sed hoc morale est, ex diebus illis septem aliquem vel aliquot peculiariter tribuere divino cultui* (Menz. Tom. 2. Giesl. Disp. 1 Thes. 145.)

## LI.

Sententiam suam B. Lutherus ipsa versione hujus præcepti (utilia

(ut alia omnia taceam) in sua Catechesi, T. 8. Jenen. f. 348. satis demonstravit: diem Sabbathi (den Svertag): qui alias, si moralem perpetuitatem agnovisset, septimum diem, tam in translatione quam in brevi explicatione exprimere debuisset.

## LII.

Neq; ignotum est afflictæ Ecclesiæ, hujusmodi Disputatione, & in genere, rigido postulato de singulis verbis & syllabis Decalogi Mosæici pueritiæ inculcandis, Catechesin B. Lutheri potissimum peti & flagellari.

## LIII.

Antiquitatis consensuum adducit Fr. Balduinus, quæst. 6. in Coloss. 2. ex Augustino his verbis, quæ certo consilio integrè adscribere placuit: *Duo ergo sunt in Sabbatho, unum est Morale, nimirum sanctificatio nominis divini, certo quodam die, alteram Ceremoniale, videlicet septimus dies, & non alius: Hoc ad Judæos tantum pertinet, ideo Paulus non vult judicari Christianos in Sabbatho: Illud generale est, & Christianos quoq; obligat; dies tantum pro libertate Christiana mutatus est.* Et post pauca: *Observatio diei Dominica in sese libera est; in primitiva etiam Ecclesia non tam stricte retenta, ut eam mutare non licuisset. Ideo August. Epistola 118. de moribus sui temporis scribit: Alii pridie communicant corpori & sanguini dominico: Alii certis diebus accipiunt: Alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbatho tantum & Dominico; alibi tantum Dominico: Totum hoc genus rerum liberas habet observationes.*

## LIV.

Fundamentum hujus libertatis aliquoties indicatum est in dictis: Rom. 14. v. 5. 6. Col. 2. v. 16. Gal. 4. v. 9. 10. Cum autem dies septimus non in genere Sabbathum, vel sacrum diem notat, sed certæ speciei, ordinis & numeri sit; si septimi diei observatio, ex necessitate præcepti moralis, in Christianismo perpetua debuisset esse: Utique rectè judicarentur respectu Sabbathi, qui septimum non observarent; & non curarent Domino, qui diem profus non curarent.

## LV.

In primario syllogismo aliter sententium (substantia mandati quarti, ita enim numerant; est incommutabilis: Sed sanctificatio quietis in die septimo, est quarti mandati substantia: Ergo sanctificatio quietis diei septimi est incommutabilis, quantum ad illam creaturam attinet) nos negamus minorem.

*Erasmus Syst. Theol. 2. p. 43. q. 3. negat. ad 6. ca. 5. q. 4. ad. Salsedel.*

*Solutio-  
tur argu-  
menta  
contrari-  
um statu-  
entium.*

## LVI.

Substantia enim præcepti illis verbis absolvitur: *Memento: ut diem Sabbathi Sanctifices*: Reliqua, quæ sequuntur, partim Cere-  
monialem determinationem septimi diei pro Israelitica Eccle-  
sia, partim causas hujus determinationis & sanctificationis alle-  
gant: quam *αιτιολογίαν* præcepti ad substantiam ipsius præcepti,  
nemo, nisi per *ἀκυρολογίαν*, refert:

## LVII.

Sabbatum autem, tum ratione Etymi (hebraicè שבת) tum  
stylo scripturæ, non septimum septimanæ diem in specie sed in ge-  
nere diem quietis significat; Unde etiam pluralis numerus toti-  
us septimanæ diebus omnibus tribuitur, Matth. 28. v. 1. Marc. 16.  
v. 2. Luc. 24. v. 1 Joh. 20. v. 1: Quies terræ vocabatur Sabbatum,  
Exod. 23. v. 11. Levit. 25. v. 6. c. 26. v. 34. 35. 2 Paral. 36. v. 21. Sunt  
etiam Sabbata mensium & annorum, Levit. 25. v. 4. 8.

## LVIII.

Qui hoc negant, edisserant sua glossemata de Sabbato se-  
cundo primo Luc. 6. v. 1. Interim nos Euthymii testimonium  
producimus: *Sabbatum, ait ille, simpliciter omne festum vocant  
Hebræi propter requiem: nunc autem dicit festum Azymorum, quod  
etiam nominatur Sabbatum secundo primum; tanquam secundum  
quiddam à Paschate, primum verò ab Azymis: post festum enim  
Pascha festum azymorum peragebant, quod primum erat septem di-  
erum, quibus vescebantur azymis.*

## LIX.

*Quis cor-  
poris non  
per se per-  
tinet ad  
sanctifica-  
tionem.*

Phrasin, quæ dicere placuit, *Sanctificatio quietis in die septi-  
mo* potius, quam sanctificatio septimi diei, relinquimus Autori:  
Certum autem est, quietem corporis in N. Teitam. per se non per-  
tinere ad sanctificationem Sabbati sed tantum ordine quodam  
eò referri eiq; rectè per internam mentis cultum perficiendæ,  
ministrare; ut homo quiescat propter sanctificationis opera &  
internam quietem spiritualement, qua totus debet vacare Deo & de-  
votioni; propter hominem etiam jumenta; quia per servilia ope-  
ra vera Sabbathi sanctificatio impediretur; & labore occupatis  
jumentis, homines feriari non potuissent.

## LX.

Si quies externa & cessatio à laboribus per se & formaliter  
pertineret ad veram sanctificationem Sabbati, sequeretur, etiam  
à jumen-

à jumentis & brutis animalibus sanctificationem præstari: Posteriorius autem absurdum: Ergo etiam prius. Ratio consequentiæ, quia in uno eodemq; præcepto quoad quietem jumenta cum hominibus conjunguntur.

## LXI.

Quando autem contendunt, *Sabbatum diei septimi à DEO in paradiso ante hominis lapsum & Christi patefactionem, imò cum fuit una omnium hominum conditio, institutum, Gen. 2. v. 1. 3. Ideoq; moralis necessitatis esse*: Negamus iterum hanc hypothefin.

## LXII.

Illud quidem refert Moses, DEUM creatorem, post absoluta opera sex dierum septimo die quievissse, id est, à plurium operum creatione cessavissse: Benedixissse etiam diei septimo, eumq; sanctificavissse: Nequaquam autem docet, vel benedictionem vel sanctificationem creato homini per mandatum injunctam fuisse; quod tamen erat demonstrandum.

## LXIII.

Neq; ullum vel minimum vestigium Sabbathi, seu sanctificationis solennis diei septimi, ullibi in Genesi extat, ante institutionem è monte Sinai promulgatam: Unde etiam Rabbinii suam traditionem Thalmudicam habent, in Bereschit Rabba, quòd *Abraham* (qui tamen pater omnium fidelium) *non observaverit Sabbatum.*

## LXIV.

Diem olim sua quiete sanctificatum tandem in politia Israëlita DEUS per mandatum in necessariam observationem deduxit: Cumq; sapientissimi instituti rationem redderet, non ad solam suam cessationem ab operibus creationis, sed etiam ad miraculosam educationem ex Ægypto, populum revocavit.

## LXV.

Etiamsi in familia Abrahamæ Sabbatum Judaicum præextitisset ante promulgationem legis ceremonialis: Non tamen inde sequeretur, istius observationem moralem & perpetuam esse: Quia etiam circumcisio longè priùs instituta & observata, tamen cum umbris V. T. abrogata est.

## LXVI.

Nonnè verò rationes mandati sunt generales & perpetuæ? Primum ab exemplo DEI: *Id quod Jehova ipse in sua persona fecit, homo ex illius mandato exequi debet: sed Dominus sex diebus operatus est, quievit verò die illo septimo. Ergo homo idem facere tenetur.*

## LXVII.

Deinde: generale & perpetuum est, ut homines omisso otio laboribus mandatis strenue incumbant, & tamen alterna requie iterum reficiantur: Atqui hoc mandatum est quasi exegesis maledictionis Gen 3. v. 19. Ergo tamdiu durare debet, quamdiu labores suscipiendi & otium vitandum est.

## LXVIII.

Minimè verò. Prius argumentum manifestè laborat fallacia divisionis, quia verba in prædicato majoris (ex illius mandato, seu interveniente ipsius mandato) quæ propositioni, aliàs falsæ, veritatem conciliant, in minore omittuntur, sicq; 4 terminos actu causantur.

## LIX.

Quoad posterius, negatur consequentia: Nam Circumcisionis ratio fuit generalis, ut fædus gratiæ cum DEO pangeretur, quod fædus alibi æternum vocatur, Ose. 2; ratio institutiæ cænæ dominicæ, ut passionis memoria semper recolatur, (certè patres V. T. meminisse debuerunt agni ab origine mundi sub typis sacrificiorum mactati) ut anima cibo (spirituali) reficiatur; neq; tamen vel Circumcisio vel cæna Dominica perpetuo in universo populo DEI durare debuit.

## LXX.

Recognoscat hîc Perkinsi propria verba, p. 418. Interdum Spiritus Sanctus ad sancientiam Ceyemoniam adhibet rationem perpetuam: Ut, Levi nullam habet partem & possessionem inter fratres, erat ceyemonia à Deo imperata: Et tamen Dominus eam sancit argumento perpetui usus, nimirum quoniam ipsa erat pars Levitarum, Num. 18. v. 20.

## LXXI.

Atqui Christus, Apostoli, & primitiva Ecclesia primum diem septimane perinde ac Sabbathum observarunt, Mar. 16 v. 1. Joh. 20. v. 19. 1 Cor. 16. v. 2. Act. 20. v. 7. Act. 2. v. 1? Quid tum? Libertas hac ratione asseritur, non necessitas septimi diei: Neq; ullibi extat expressa ordinatio dominici diei, per mandatum in primitivam Ecclesiam introducti, neq; etiam præcisâ ejusdem observatio, singulis septimanis repetita.

## LXXII.

Mirum aurem mihi videtur, quod Antagonistæ illud quoq; argumentum in aciem producant? Solius Dei est tempora mutare, Act. 1. v. 7. Dan. 2. v. 21. 7. v. 25. Ergo dispensatio & mutatio dierum, sive in genere, sive in specie, non ad Ecclesiam pertinet, sed Deo reservanda est.

obj.  
Atq; et siemlabbe  
et remdam. gber  
vanant. q. 1. v.

obj.

## LXXIII.

Respondemus enim <sup>1</sup> hanc rationem contra <sup>2</sup> *πρότερον* Rom. 14. Col. 2. Gal. 4. non esse audiendam, <sup>3</sup> Ecclesiarum hoc non facere proprio & carnali ausu, sed ex potestate à Christo per privilegium libertatis Evangelicæ concredita, Gal. 5. *ψ.* 1. Solius DEI est remittere peccata, Plal. 130. *ψ.* 7. Et tamen eadem potestas, per ministerium reconciliationis 2 Cor. 5, data est hominibus, Matth. 9. *ψ.* 8. Joh. 20. *ψ.* 21. 23. Matth. 18. *ψ.* 18. Sic Ecclesia ex libertate Evangelica diem Sabbati septimum mutavit, & alias festivitates liberè tum instituit, tum observat.

## LXXIV.

Redeundum nunc est ad questionem, controversiæ in nostro Evangelio analogam: Quænam opera Sabbathum nostrum Christianum deceant, quæ non.

## LXXV.

Responsio ex scopo præcepti moralis petenda est: Sanctificari, h. e. sanctis operibus, meditationibus & exercitiis transigi debet sabbatum: Ergo quæ ad sanctificationem pertinent, hujus diei propria sunt, ut congressus publici ad cultum DEI, prædicatione & auscultatio verbi, administratio Sacramentorum, preces & hymni, erogatio elemosynarum, domesticæ meditationes verbi & exercitia pietatis, Luc. 4. *ψ.* 16. Act. 13. *ψ.* 14. c. 15. *ψ.* 21. 1 Cor. 11. *ψ.* 20. Act. 16. *ψ.* 13. 1 Cor. 16. *ψ.* 1. Col. 3. *ψ.* 16. 17.

## LXXVI.

De decet sabbatum: ignavum otium, opera servilia sanctificationem impediunt, vitia operibus modo enumeratis opposita, & quævis peccata, quibus nullo tempore, multò minus die sacro, indulgere licet.

## LXXVII.

Per servilia opera intelliguntur hoc loco, non tantum sterco ratio agri, vel similes mechanicæ operæ, sed omnes ordinarii functionis nostræ labores: ab his abstinendum est, ut Deo vacare possis, excepto solo casu necessitatis, Luc. 14. *ψ.* 5. urgentis caritatis, Luc. 14. *ψ.* 4. Et conditione operum libertatis Evangelicæ.

## LXXVIII.

Ultimum ita explicò & stabiliò: Incensio ignis necessaria, coctio & apparatus ciborum, portatio onerum &c. à Sabbatho Judaico prorsus exclusa fuit: sub majori libertate N.T. à jugo ram arcto & duro liberati sumus, præsertim cum ordinatio certi diei ex hac ipsa libertate proficiatur, & omnia caritati servire debeant.

## LXXIX.

Apagè igitur cum illo paradoxo, cujus status Evangelici mentionem faciunt, in præfatione libri, Stattliche Aufsühnung

*Que opera sabbatum Christianum deceant, vel non?*

*Deceant*

*Rigor Scho. asti.*

corum de  
die Domi-  
nico.

f. 7. quòd Scholaſtici Doctores olim diſputarint, *levius eſſe crimen, homines mille ſingulare, quàm ſemel in die Dominico calcem pauperi conſuere.*

LXXX.

Hic Jeſuita quidam, qui aliàs cum Phariſæis culicem colant, nimis liberales ſunt, ut *Toletus* lib. 4. Inſtr. c. 24. *Homo tenetur ſub peccato mortali ad ſanctificandum feſtum, ſed non tenetur ſub mortali ad BENE ſanctificandum.* Item: *Licet iter facere in die feſto, audire tamèn ſacra: Licet venari & hujusmodi alia facere, licet iudiciis, maxime ruralibus in diebus feſtis uti iudicio: conſorti unum in die feſto vendere ob aliquam commoditatem, quia illi non vacavit aliter, nullum eſt peccatum.* Conſentit *Petrus Givara* c. 13. *Manualis, qui iſta in ſpecie indulget: qui aliter ſe ſuſtentare, nequeunt, poſſunt laborare diebus feſtis, conſilium dare, informare ad vocatum etiam ſcripto, legere quancumq; facultatem die feſto, non eſt peccatum: Item qui aut à miſſa conſumit dies feſtos in ludis, vel vagando, non peccat mortaliter.* (Vide *Pelargi Jeſuit.*)

LXXXI.

Quamvis enim videntur reſpicere ad neceſſitatem, ad caritatem, tamen fabricant potiùs neceſſitatem, quàm inveniunt: à pio Zelo ejuſmodi caſus facilè præcaveri & corrigi poſſunt: Neq; pulvinaria tam mollia mundo ſupponenda ſunt, aliàs ad profanationem feſtorum nimis proclivi, & prædeceſſorum, ut & communi, conſuetudine errantium, exemplis nimis corrupto.

LXXXII.

Si enim conſuetudinem inveteratam conſulere velis, concedendum fuerit, ut in diebus feſtis ſuſcipiantur itimera, theatra ſpectacula & omnia ad recreationem ſpectantia, ſolennes choreæ, contractus emptionis, convivia, ſponſalia, commeaſiones, atq; omnia ferè, quibus ex ſordida avaritia diebus profeſtis, ne labor lucroſus intercipiatur, vacare homines nolunt: à quibus tamen mens vera pietate ardens (ſolo neceſſitatis caſu excepto) abhorere debet, *Luc. 14. v. 18. 19.*

LXXXIII.

De con-  
verſatio-  
ne cum in-  
fideliſibus.

De converſatione cum infidelibus etiam propiori, manifeſtum exemplum præbet Dominus, quòd ſimpliciter illa prohibita non ſit, interdum verò utilis & neceſſaria, quoties videlicet, e. g. Gloria Dei illuſtrari, impij vel ſalus queri, vel malitia confundi poteſt, ſine tuæ vel alterius conſcientiæ diſpendio.

84. Tali

## LXXXIV.

Tali intentione Dominus congressus cum impiis suis hostibus usq; adeo non refugit, ut pro re nata captaret etiam: Etsi generales regulas non ignorabat: Ne comedas panem malum oculum habentis, & ne concupiscas pulmenta ejus, Proverb. 23. v. 6. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum domum, nec ave ei dixeritis 2 Joh. 1. v. 10. Brevitatis studio remitto ad Decad. 1. Disp. 8. q. 5.

## LXXXV.

Hoc tamen adhuc de conviviali colloquio Christi cum hostibus notandum est, quod Evangelista ad perpetuam memoriam tam fideliter illud descripserit, etiamsi de questione religionis, & quidem admodum controversæ, inter paucos quasi obiter, & inter privatos parietes habitum sit.

## LXXXVI.

Fuit enim ex sapientulis Doctoribus quidam, qui nostræ sanæ doctrinæ sæpe maledicere ausus est, & tamen cum idem aliquando in convivio & familiari colloquio turpiter fecisset, rei autem gestæ narratio, in veritatis patrocinium, publico scripto aliis quoq; patefacta fuisset; sibi injuriam illatam esse, conquestus est, ex hac lege, *Quod privata colloquia de religione non liceat divulgare* (vide Abs. Absurd. Graueri p. 10. 11.

## LXXXVII.

Liberius sanè solemus serere sermones inter amicos & conviviam, unde vetustas singulari quasi indulto tales sermones vino inscribendos, h. e. intra fidei silentium continendos & non eliminandos putavit: Verùm ut in genere colloquia ista non minus subjacent potiori præcepto; nullus sermo corruptus ex ore vestro egrediatur, sed si quis est commodus ad ædificationem, ut gratiam auditoribus afferat, Eph. 4. v. 29. Sic in iis, quæ gloriam Dei concernunt conviviali taciturnitati imperare debet augustior Regula: Annunciabo Justitiam in cætu multo, labia mea non prohibebo, Psal. 40. v. 10.

## LXXXVIII.

Bonitatem hostibus, longanimitatem insidiatoribus, sapientiam astutis à Christo probatam (qui ex composito aderant, ut ipsum circum venirent, & tamen ad propositam questionem, & contra datam instantiam ne hircere quidem audebant.) insigniter

An colloquia de Religione privata publicanda?

illustrat divina majestas personæ, quæ sese improbis istis hominibus accommodare voluit.

LXXXIX.

Christi  
Deitas.

Divinam autem majestatem demonstravit ipso facto, quando è vestigio nullis pharmacis adhibitis sanitatem restituit hydro-pico, morbo admodum difficili & ut plurimum profus incurabili laboranti.

XC.

Humane  
ejus natu-  
ra maje-  
stas.

Cumq; nutu arcano miraculum edere posset, & ritus in non-nullis aliis signis adhibitos omitteret, tamen voluit ἐπιλαβὸς αὐτοῦ h. e. capeffere & manu apprehendere ægrotum ut simul vivifi- cam & omnipotentem virtutem humanæ suæ carnis demon- straret.

XCI.

Planè ut attractu loculi adolescentem Naimicum à morte resuscitavit; Filiam Jairi itidem in vitam reduxit apprehendendo manum ejus; Et Leprosum mundavit, extensa manu ipsum con- tingens, Luc. 7. Matth. 9. & 8.

XCII.

An mi-  
nistro  
verbi lice-  
at medi-  
cam ar-  
tem exer-  
cere?

Cæterùm ab hac sanatione non aliena videtur quaestio. An ministro verbi, ordinario officio in Ecclesia Dei fungenti, liceat medicam artem simul exercere? Præsertim cum etiam Lucam Paulus Medicum apellet, Col. 4. v. 14. Cujus tamen, ceu fidelis ad- jutoris Pauli 2 Tim. 4. v. 11, Philem. v. 24. aliàs laus est in Evan- gelio per omnes Ecclesias, 2 Cor. 8. v. 18?

XCIII.

Hic quoad ordinariam professionem respondendum est ne- gatè: Si enim servus in vocatione, qua vocavit ipsum Dominus (nisi manumittatur) manere debet, & sic quilibet alius, 1 Cor. 7. v. 17. 20. 21. Multò magis pastor Ecclesiæ in sua vocatione, ubi satis laborum est, si cui fidelitas muneris cordi est, manere debet.

XCIV.

Imperant idem præcepta alia: Non potest vacare aliis rebus, qui sacram scripturam tractare debet, Syr. 38. v. 25. Contendat quietus esse, & res suas agere, 1 Thess. 4. v. 11. Qui semel admo- vit manum aratro non retrospiciat, Luc. 9. v. ult. Nihil faciat tur- pis lucri gratia, 1 Petri 5. v. 2. Multò minus ob rem faciendam sese negotiis secularibus immisceat, 2 Tim. 2. v. 4.

XCV.

Christus prophético munere instructus hunc hydropticum non sa-

Handwritten marginal notes in Latin script, including references to 'An ministro verbi...' and other theological discussions.



ma curia spirituali sedena  
 cerentia fuerat eulenda.  
 R. h. gravamin. nan imp.  
 p. 170. D

lectum paranda, quaha si aliqua  
 dicitur de omni d. incipit, legere numerat de  
 48

DECAD. VI. DISPUT. II.

**Philosophie in sacris.**

de 2 d. w.  
 6. 24. 19. 11. 11.  
 1. 17. 1. 1. 1. 1.  
 1. 17. 1. 1. 1. 1.

nullus usus est Philosophiæ & disciplinarum ad illam pertinentium, dummodo ratio non dominium sumat in Schola Spiritus Sancti, sed pronunciatis verbi patefacti humiliter ancilletur.

CII.

Multò minùs Dialectica, Rhetorica, Physica & aliæ scientiæ in bono & optimo usu sunt noxiæ Theologiæ, quemadmodum quibusdam æstro Carolstadiano & Anabaptistico statueret placuit.

CIII.

In medio sunt paraboliæ Christi, à rebus profus secularibus petitiæ; sententiæ ab Apostolis ex Gentilium scriptis de promptæ, Act. 17. v. 24. Tit. 1. v. 12. deductio Pauli ad legem naturæ & ad visibilia mundi, Rom. 1. v. 20. c. 2. v. 14. 15; Argumenta ad dilucidationem articuli de resurrectione mortuorum 1 Cor. 15. v. 36, Et gloriâ vitæ æternæ 1 Cor. 15. v. 39. 40. adhibita.

CIV.

Grata igitur mente donum hoc utilium scientiarum agnoscamus, cujus usus vel ad intelligenda loca scripturæ, vel ad prævertenda & evertenda tela sapientiæ hujus seculi, vel ad lucrandum eos, qui vix aliud præter naturalia, œconomica & politica sapiunt, multiplex esse potest.

CV.

Anabapticiæ iustitiæ opponi potest & debet tota dissertatio de vitanda ambitione in accubitu convivotum publico.

CVI.

Christus enim hoc loco (quod cuius perspicuum est) vult esse honoratos & honoratioris, quorum his supremus locus in concessu honoris ergò, illis loca inferiora debeantur. Si inter convivas quasi privatos talis graduum & dignitatum differentia locum habet, multo igitur magis valebit inter privatos & publicis muneribus præfectos, inter subditos & Magistratum, Rom. 13. v. 1. Inter auditorem & Doctorem verbi, qui duplici honore dignus perhibetur, 1 Tim. 5. v. 17.

CVII.

Mirum foret, Judicem & Dominum omnium hominum etiam sessionem inferiorem & superiorem in mensa curare; nisi de providentia Altissimi edocti essemus, omnia etiam minutissima illi subiacere: In omnibus etiam minutissimis timorem & bonam conscientiam DEO probandam esse,

**Providentia DEI etiam minutiora observat.**

## CVIII.

Neq; enim civilis tantum Ethicæ est, ut coram hominibus superiorem locum ambitiosè occupantes confundantur: sed immortæ Justitiæ divinæ Lex, ipsiusq; Jehovæ proprium opus est, ut tam humilitatem quam superbiam in omnibus gestibus & factis accuratè observet, humiles extollat, elatos verò deprimat, juxta, Job. 22. v. 29. Psal. 75. v. 8. 113. v. 6. Ezech. 21. v. 26. Luc. 1. v. 52.

## CIX.

Utiq; adeo, ut humiles sibi in dubitatio persuadere debeant, se ex sincera humilitate infimum locum occupando, vel in convivio vel alio confesso, præstantius specimen pietatis DEO probatæ præstare, quam quando sacerdos missam celebrat, aut monachus in cilicio humi cubat, aut simile electitium quid, juxta sui ordinis regulas facit, vel patitur.

## CX.

Hujusmodi enim sessio in infimo loco expressum præceptum, approbationem manifestam, & benedictionem seu promissionem ex ore Christi habet, Luc. 14. v. 10. 11. Electitia verò opera propriæ intentionis, quoecunq; nomine & specie veniant, prorsus rejiciuntur, Matth. 15. v. 9. Col. 2. v. 18. 20. 23. Deut. 12. v. 8.

## CXI.

Quin imò, ceu fulmen quoddam, ista sententia: *Quicumq; sese extollit, humiliabitur*, factum Monachorum & Papæ prostravit: Papa enim, ex intolerabili ambitione, constituit sese vicarium Christi, visibile caput totius Ecclesiæ, supremum Dominum omnium regum & regnorum; Monachi verò sordidis suis operibus gloriam singularis perfectionis pro vivis & mortuis meritorie adscribunt; & opera supererogationis indebita jactitant; In genere autem Papistæ fiducia mercedis secundum æquitatem Justitiæ debitam, benè operari seu bonis operibus studere jubent.

## CXII.

Hæc spiritualis & planè Pharisæica ambitio omnes alios modos ambitionis superat, & gloriæ unici Redemptoris mundi derogat: Ideoq; etiam extremam damnationis humiliationem experitur. Huc pertinent verba Bedæ, quæ Giffandus, d. 32. allegat: *Qui se de meritis elevat, humiliabitur à Deo: qui verò se de beneficiis humiliat, exaltabitur ab eo.*

## G

*Etiā in gestibus lucere debet pietas.*

*Pii gestus præstant operibus monasticis.*

*f. Bedæ. d. p. 107. 6.*

*Papa & Monachi se exaltant. Ergo.*

Occurrendum deinceps est illis, qui ex nostro Evangelio quædam arripiunt, & ad præconcepas suas opiniones erroneas detorquent.

*Abusus  
pro convi-  
viis in die  
festis.*

Quod non solum tempore Christi usitatum fuit, & quidem non apud inconsideratam plebem, sed apud legis peritos & antistites populi, die Sabbati convivia institueret: sed etiam Christus sancta suâ præsentia istam consuetudinem probare voluit: Profani homines eò abripiunt, quasi indignè ministri verbi invehantur in eos, qui solenniora convivia datâ operâ diebus festis instituunt, usq; tempus illud conterunt, quo vel sacris publicis interesse, vel domesticis meditationibus devotè incumbere debebant.

Veruntamen tales non leviùs peccant, quàm qui Luc. 14. Cenam magnam posthabuerunt suis nuptiis, curæ agrorum & bouum, in quos Rex iratus hanc penam statuit: *Nunquam deinceps digni erunt, qui epulum meum gustent.*

*Contra  
Abstinen-  
tes Gno-  
sticos.*

Abominamur sanè Abstinentes illos, qui ex Gnosticorum & Manichæorum schola egressi abstinere à cibus jubent, & illud faciunt, ut escas paulatim spernentes dicant, eas non esse bonas, & ita non à Deo hominibus escæ causa fuisse concessas, sed à Diabolo factas (apud Philast. f. 36. 37.)

*Contra  
riscos mo-  
nachos.*

Neq; probamus illorum tetricam hypocrisin, qui monasticis regulis obstricti, honesta convivia publica prorsus refugiunt, ut partim in jurata abstinentia à carnibus aliisque cibus, partim in solitaria sua tetricitate per tenebras, nescio quam prærogativam gratiæ & gloriæ cælestis aucupentur.

Tales enim Spiritus Sanctus jamdudum judicavit, Rom. 14. v. 3. Qui edit, nō pro nihilo habeat non-edentem. Et qui non edit, edentem ne condemnet, Deus enim eum assumsit. 1 Cor. 8. v. 8. Esca non commendat nos Deo: neq; enim, si vescamur, abundantiores sumus neq; si non vescamur, pauperiores reddimur, 1 Tim. 4. v. 3. Doctrina Dæmoniorum est jubentium abstinere à cibus, quos

DOMIN. XVII. POST TRINIT.

51

quos Deus creavit ad participandum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognoverunt veritatem, *Y. 4.* Nam quicquid creavit Deus bonum est, nec quicquam abjiciendum, si cum gratiarum actione sumatur.

CXIX.

Ubi præter hujusmodi testimonia & exempla sanctorum V. T. jucundum est intueri in exemplum Domini nostri, qui publica convivia aliquoties frequentavit: Nuptias in Chana, *Joh. 2.* Epulum Matthæi, *c. 9.* hujus Pharisei, *Luc. 14.* Zachæi, *Luc. 19.* Lazari, *Joh. 12.* Insuper etiam per Apostolum admonuit, ne hospitalitatis obliviscamur, *Heb. 13. Y. 2.*

CXX.

Jucundius, quòd non solum in V. Ecclesia Deus hilaritatem conviviorum cum sacrificiorum oblatione devota arctissime copulatam voluit, *Lev. 6. Y. 16. c. 10. Y. 13. 14. c. 22. Y. 29.* Etiam in lætitia, *Levit. 23. Y. 40. Deut. 12. Y. 12. c. 14. Y. 26. c. 16. Y. 11. c. 26. Y. 11. Nehem. 8. Y. 12.* Sed etiam in N. T. beneficia sua cælestia in epulo quodam offert & confert, *Esa. 25. Y. 6. Luc. 14. Y. 16. Matth. 22. Y. 2.* In cæna Dominica seipsum exhibet, *Matth. 26. Y. 26.* Et futuræ vitæ gloriam æternam epulum & nuptias, vocat, *Matth. 8. Y. 11. Luc. 22. Y. 29. 30. Apocal. 19. Y. 7.*

CXXI.

Ideo etiam post actus sacros, e. g. post consecrationem sponso-  
rum in facie Ecclesiæ inter preces & benedictionem factam; post administrationem baptismi, honesta convivia immediatè instituta concedimus: Neq; in ea sententia sumus, quod liberalis lætitia conviviorum per se diebus sacris contraria sit.

CXXII.

Verùm illud est, quod in depravationis supra positæ conclusionem, pro more seculi nostri corruptissimi, reprehendimus: Quando nimirum convivia à profestis diebus in sacros dies rejiciuntur, quia apparatus ipsaque accubatio epularis amicorum tantum temporis requirit, quantum non laboribus suis quotidianis & lucrosis, sed illi (ut putant) otioso tempori subtractum volunt, de quo fallendo, non autem secundum mandatum DEI & decretum Ecclesiæ sacris exercitiis piè collocando, varios modos pro lubitu excogitandos putant.

CXXIII.

Sola hæc profanitas mentis, quasi cum lacte materno plurimis, maximis, infimis, innutrita, ferè in causa est, quòd etiam

per licentiam publicam & ordinariam, major pars Sabbathorum & festorum choreis lascivis rusticorum, commestrationibus in tabernis vinariis & cerevisiariis, de ambulationibus, Enceniis, theatricis spectaculis, lucta, aucupio, venatione, jaculatione, glorum missione & similibus consumatur: Adeo quidem, ut non raro conciones sacræ & catechetica exercitia, vel profus propter istas vanitates negligantur, vel certè in concione omnis necessaria devotio vagis cogitationibus de illis inturbetur: Nempe corpus tanquam cadaver assidet in templo: Animus vero est in patina, in theatro, in symposio, in chorea &c.

## CXXIV.

Hujus-modi hilaritas spiritualem quietem, quæ DEO, ipsius verbo precibus, hymnis, piis meditationibus & lectionibus vacare rotas debebas, impedit & evertit, ideoq; cum certa profanatione Sabbati conjuncta est: Omnibus piis mentibus fugienda, quæ etiam si communem errorem vulgi ex simplicitate, consuetudine & imprudentia interdum errarunt, magis magisque peles à lata hac semita retrahere debeant, ne assimilentur mundo, Rom. 12. v. 2, 1 Joh. 2. v. 15.

## CXXV.

Tantum abest ut seculari huic abusui convivium sanctorum vel exemplum præfens epuli, in Sabbato à Christo inter hostes sumpti, prætexere vel æquiparare liceat.

## CXXVI.

Recollige te à majori adminis: Si ordinariæ vocationis labores & opera externa, alioqui cæteris diebus licita & laudabilia, imò præcepta, ideo diebus sacris debent intermittere, quia internam quietem animi turbant & mentem adeo occupant, ut liberè exercitiis devotionis attentæ vacare non possit: Multo magis voluptuaria recreationis studia omitti debent.

## CXXVII.

Recreationes honestas corporis & animi, post exantlatos labores, Deus non prohibet, qui etiam jumentis parcendum esse docuit, sed ut Christiana moderazione omnia dirigenda, ita singula suo tempore suscipienda sunt, juxta Ecclesiast. 3. v. 1. 8. v. 5. Sir. 20. v. 6. Eph. 5. v. 17. Tempore enim non suo dictum vel factum eo ipso in vitio est, Sir. 20. v. 1. 22. v. 6. & 22.

## CXXIIX.

Stapletonus cum in hoc Evangelio nihil reperiret, quod pro ratione instituti sui in Catholico promptuario adversus nos detorqueret, arripuit observationem Phariseorum, qua ex insidiis adversus Christum Magistrum steterunt; Nosq; tali dissertatione illis similes esse pronunciat; *Locus per occasionem aperiendi populo, improbum, malitiosum planeq; Pharisaicum hereticorum* H U J U S temporis morem ac studium observandi sacerdotum ac Monachorum totiusq; Cleri Catholici vitam actiones & doctrinam, non ut discant & meliores fiant, sed ut carpenti & calumniandi materiam accipiant: Sicut hoc loco Pharisei observabant Christum, &c. Part. 1. p. 249. idem facit Colterus, parte prima Conc. pag. 458.

## CXXIIX.

Observamus sanè Papam, Cardinales, Episcopos, Monachos & moniales; nequaquam vero intentione Pharisaica, sed ut in doctrina errores crassissimos ceu venenum animorum, ex verbo Dei patefaciamus, & ut in moribus hypocriticam illorum perfectionem confundamus: Imprimis autem tanto conspectius Ecclesie demonstramus, istiusmodi clericos, ut Antichristum & Antichristi satellites fugiendos esse, nisi animam suam illis lupis rapacibus prostituere velint.

## CXXX.

Ejusmodi observationem Christus expresso mandato injunxit omnibus, Matth. 7. v. 15. Talem observatorem egit Christus, Matth. 6. v. 23. & Apostoli, qui pseudodoctorum mores Lynceis oculis observarunt, & ut alii quoq; observarent, corvosq; ex plumis dignoscerent, accuratè depinxerunt, 2 Tim. 3. v. 1. & seqq. 2 Petr. 2. v. 1. 2 Thess. 2. v. 3. 4. & alibi.

## CXXXI.

In se descendant Jesuitæ & jurata Religionis Monachi ceteri, an non Pharisaicæ observationis dudum rei sint, vel in solo Luthero ejusq; ἐνφραμίᾳ traducenda? An non varias artes, etiam mechanicas, Item habitum, fortè etiam sexum mentiantur; Et Diabolica arte suæ æquivocationis, inter perjuria & fraudes occultas, utantur eo fine, ut sese in penetralia aulica Regum & principum, in gynæcea, & quosvis alios secretiores congressus expifcandi causa, idq; in fraudem Ecclesie Orthodoxæ, tutius insinuare queant?

*Abusu  
quod non  
liceat ob-  
servare  
clerum  
pontifici-  
um.*

## CXXXII.

An quis  
Corycæi  
numere  
fungi que-  
at?

est hæc nō e  
p. d. d. d. d. d. d.  
p. 112. p. 126.

Interim istis insidiariis & emissariis missis, quæstio oritur, an non præter officium Christianæ integritatis & charitatis fiat, si vel magistratus politici, vel præceptorum vel herorum domesticorum jussu Corycæi, h. e. occulti observatores eorum, quæ contra leges geruntur, constituentur, & an pia mens propter conscientiam hujusmodi officium, legitime sibi impostum, detrectare debeat?

## CXXXIII.

Causa dubitandi non solum à consuetudine vulgi suppeditatur, quod hujusmodi observatores nequissimi Ischariotæ & proditoris Christi societati accenser: sed etiam ex omnibus illis dictis, quæ propalatores arcanorum & garrulos vehementissime detestantur, Prov. 11. v. 13. c. 20. v. 19. c. 25. v. 9. 10. Sir. 19. v. 7. 8. c. 21. v. 27. c. 22. v. 27. c. 27. v. 17. 18. 19. cap. 41. v. 28.

## CXXXIV.

dubit.

Sciendum autem est, longissimè hanc observationem & indicationem, de qua sermo est, à scelerata proditione dissidere: Suscipitur enim ex <sup>1</sup> debita obedientia erga superiores legitime præpositos, <sup>2</sup> Ad justitiam & veritatem juvandam. <sup>3</sup> Quò per ordinariam tutelam & vindictam bonis bene, malis male fit, Rom. 13. Proditio autem in gratiam nequissimorum, turpis lucri & qualiscunq; commodi causa, adversus Reip: salutem & contra proximum, tyrannidi & Injustitiæ ex pessima intentione famulatur.

## CXXXV.

h. 7. v. 1.

Nos pro affirmativa responsione, ad propositam quæstionem, ita argumentamur: Quod <sup>1</sup> mandato divino, <sup>2</sup> Exemplis sanctorum laudabilibus, <sup>3</sup> ad disciplinæ honestæ adjumentum, <sup>4</sup> & ad nocentissimam impunitatem intervertendam, <sup>5</sup> Ex obedientia erga præpositum magistratum, <sup>6</sup> Optima intentione factum est, & adhuc instituitur: illud (utpote ad gloriam Dei & certam utilitatem spectans) legitime mandari & fieri à Christianis potest: Nostra observatio, de qua nonnulli hæsitant, talis est. Ergo.

## CXXXVI.

explorator

Major cum sua luce luceat: Minoris probationem uno atq; altero documento expediemus. <sup>1</sup> Quoad mandatum Dei, producimus historiam de emissis præstantissimis viris, qui clam, quasi aliud agendo, explorare omnem conditionem terræ Chanaan debuerunt: Narrat enim textus, Num. 13. v. 2. & seqq. Dominum ita allo-

ita allocutum esse Moſen: *Mitte tibi viros, qui explorant terram Chanaan, quam ego dixeris ſum filiis Iſrael: Singulos viros de ſingulis tribubus patrum ſuorum mittes, unumquemq; principem inter eos.*

## CXXXVII.

<sup>2</sup> Hi iidem duodecim duces, & inter omnes præcipuè Joſua & Caleb, propter fideliffimè conſectum negotium hujus explorationis ſingulari beneficio divinitus affecti, & præter illos Joſeph, piendiſſimas filius Jacobi, Gen. 37. v. 2. ut & Chufai conſiliarius Davidis & Abtolonis, unà cum Abiathar & Zadoco, ſacerdotibus, 2 Sam. 15. v. 34. 36. c. 17. v. 15. 16. Exemplo ſunt, ſanctos & honoratos quoſq; non detrectaſſe atcanam fidelitatem, imò hinc ſingularem laudem & immortalitatis memoriam, præter alia præmia, aſſecutos eſſe.

## CXXXVIII.

<sup>3</sup> Spectare hanc vigilantiam & manifeſtationem ad diſciplinæ adjuvamentum, vel ſolum exemplum Joſephi probat, Gen. 37. Viciffim quomodo diſciplina & juſta animadverſio in peccata impediatur, ut interea malitia creſcat, per experientiam & ſanum rationis judicium promptum eſt colligere, ex Proverb. 1. v. 11. Sir. 23. 1 Sam. 2.

## CXXXIX.

<sup>4</sup> Impunitate omnia ſunt deteriora: Hujus, & ſic peccatorum alienorum & multiplicium malorum, quæ ex impunitate, tanquam & Lerna, pronafcuntur, rei ſunt omnes, qui vel diſſimulant, vel debito loco & tempore prodere nolunt illa delicta, quorum conſeſi ſunt, vel notitiam facile aſſequi poſſunt. *Lev. 19. 17.*

## CXL.

<sup>5</sup> Magiſtratus, qui ad ultionem ordinatus eſt, neq; tamen omnia, quæ ad executionem hujus officii pertinent, immediatè præſtare aut aſſequi poteſt: tum aliam omnem cum verbo DEI non pugnantem, tum in ſpecie hanc obedientiam debent ſubditi, & ſubdelegati ſervi, ut exiſcentur & ſignificent ea, quæ citra violationem juſtitie & honeſtatis, vel abſq; damno proximi, occultari non poſſunt. Nam ſine tali miniſterio ſufficientem tutelam juſtis, & ultionem malorū, Magiſtratus præſtare nunquam poteſt.

## CXLI.

<sup>6</sup> Ex quibus omnibus ſponte ſequitur, intentione optimæ fieri poſſe, quod hæc in parte à Corycæis requiritur: Utrum enim animadverſio Magiſtratus, Præceptorum & parentum, non ad perditionem, ſed ad incolumitatem corporis, & ad correctionem,

*q. alia exempla vel. p. 146. l. 15.*

nem, quâ possibile, singulorum membrorum spectat: Ita etiam hi observatores nihil aliud faciunt, quàm ut suo loco paternam illam animadversionem divinitus sancitam & interceptione plurimorum peccatorum & malorum, alias oriturorum, gloriam Dei & proximi salutem promoveant.

## CXLII.

*Abusus quod non debeamus in omnibus expresso verbo niti.*

Inter abusus locum damus argumento Tympii in Rituali, p. II. Si pro Sabbato, quod tamen se verissimo mandato Dei injunctum fuit, licuit substituere diem primum seu Dominicum absq; mandato, consentientibus hac in parte hereticis cum Catholicis: Non necesse est pro singulis expressum verbum Dei allegare, quemadmodum heretici flagitant: Sed prius verum: E. & posterius.

## CXLIII.

Ex eo, quod ibidem simul atrexit: qualis locum erit consilii Pauli, 1 Cor. 7? Facile apparet, argumentum hoc dirigi aduersus Zelum nostrarum Ecclesiarum, qui in omnibus, ad cultum DEI & religionis Christianæ dogmata spectantibus, non consiliis, ita dictis, aut traditionibus Ecclesiæ, sed solo expresso verbo Dei vult niti.

## CXLIV.

Responsio autem in propatulo est. Confunduntur enim ea, quæ ad cultum DEI & ad substantiam, ut ita loquar, Religionis & pietatis pertinent, cum adia phoris ritibus & sanctionibus: ad censuram posteriorum refertur Dominicæ receptio & observatio, quoad determinationem certi diei: Jam ab his posterioribus procedit propositio ad priora, pro quibus solis testimonia scripturæ requirimus: Ideoq; consequentia vitiosa merito repudiatur.

## CXLV.

*Ex observatione casuum, generales detestationes peccatorum rectè infiruntur.*

Ex admonitione Christi contra ambitiosa desideria conuivarum, ex præsentī occasione instituta, & ab hypothesi ad thesin deducta; iterum apparet, nihil contra rationem officii, nihil contra τὸ πρέπον, nihil contra charitatem & moderationem, facere ministrum verbi, qui ubicunq; & quodocunq; animadvertit vitium aliquod gliscere, quam primum comode licet, occasionem caprat, in generali thesi, peccatum illud (etiamsi secundum experimentalem noticiam unam aut alteram tantum personam occuparet) ex verbo Dei iusta detestatione & dehortatione impugnandi.

## CXLVI.

Præcipitanter igitur iudicant, qui talem Zelum nihil ædificare autumant, eumq; eò interpretantur, quasi personalia in publicum protrahantur; quasi ex affectu & studio offensionis lacessantur animi, quò magis indurentur, qui conniventia & obscuriori mansuetudine tandem miscere & ad spontaneam pœnitentiam redire potuissent.

## CXLVII.

Salvator autem, quod in uno atq; altero notabat, è vestigio perfringebat ad omnium instructionem, ira comparatam, quasi digito reum ostendere, & coram cæteris pudefacere debuisset.

## CXLVIII.

Si tam propinqua & familiaris notatio, optimâ intentione ad salutarem finem directâ, τὸ πρῆτον confessus convivalis non viciavit: Multò minùs aliena erit à Zelo elenctico generalis detestatio alicujus peccati è suggestu ad totius auditorii commonefactionem spectans, etsiam si privata notitia personalis cujusdam excessus ei occasionem præbuerit.

## CXLIX.

Ipsam doctrinam moralem quod attinet, suprâ opposuimus illam delirio Anabaptistarum, quo omnem graduum, dignitatum, honorum & potestatis diversitatem à societate Christiana, eue bonæ conscientia & saluti adversam, exclusam volunt. Nihilominus iidem fanatici persuasi sunt, Epiphonema istius dissertationis pro festare.

## CL.

Magistratus politicus, inquit, sese exaltat super alios, à quibus etiam per vim subjectionem, humilia obsequia & servitia extorquent. E. Magistratus politicus tandem jure divino humiliandus, h. e. pœna benè merita, ex indignatione DEI, è throno affectatæ eminentiæ & potestatis, deturbandus & damnandus est.

## CLI.

Sed quis concesserit antecedens, qui novit, longè aliud esse, seipsum ex mera ambitione conatibus immediatis extollere, quàm à Deo & iis qui à DEO autoritatem habent, legitima ratione exaltari, h. e. in superiorem aliquam dignitatem & potestatem evchi?

## CLII.

Inficiationem opponit Paulus Rom. 13. v. 1. Non est potestas nisi à

Abusus

Anabap-

tistarum

97. 6. 106. 105

Magistratus politicus  
tandem jure divino humiliandus  
h. e. pœna benè merita, ex indignatione  
DEI, è throno affectatæ eminentiæ  
& potestatis, deturbandus & damnandus est.



quando Tannerus, Sess. 8. p. 142. exclamavit: *Nulla, nulla, nulla heresis sufficienter ex scriptura est refutata, p. 143. nulla heresis ex sola scriptura potest sufficienter refutari.* Similiter Gretserus p. 208. Sess. 2. *Nulla modo concedi potest, quod aut sacra scriptura, aut Spiritus Sanctus loquens per scripturam sit supremus & generalis iudex omnium controversiarum.*

## IV.

Quæ verò causa negationis? Illam reddit ibidem Gretserus tali argumento: *Omnis iudex ita debet dicere sententiam, ut altera pars evidenter sciat, se causam obtinuisse, quantum ex parte huius iudicis; altera cecidisse causam, si vo juste si vo injuste. Sed Sacra Scriptura & Spiritus S. loquens per hanc scripturam, illud non orietur ex sua parte. E. non est iudex.* Similiter Becan<sup>9</sup> de iudice controversi. contra Garthium, p. 13. 14. Ad quam assumptionem retro emblemata Viti Mileti: *Asinam fuisse locutam in scriptura legimus; ipsam verò aliquando locutam fuisse scripturam nullam legimus.*

## V.

Nos rejecta minori falsa & satis blasphemâ, contrarium evincimus ex hoc Evangelio: In quo <sup>1</sup> Christus solius scripturæ censura usus est, *ψ. 37. 43.* quemadmodum etiam aliàs fecit, Matth. 9. *ψ. 13. c. 12. ψ. 3.* Luc. 10. *ψ. 26.* & in Veteri Testamento factum est, *Jos. 22. 2 Reg. 14. ψ. 5. c. 23. ψ. 3.* ne quid è concilio Apostolico, Act. 15. de patribus & aliis conciliis dicere.

## VI.

<sup>2</sup> Apparet scripturæ angustam illam autoritatem non deesse, cum sit ipse Spiritus S. vox: quo David Psal. 110. de Messia scriptum reliquit, illud Judæis dixit & nobis omnibus adhuc dicit, & quidem IN SPIRITU, hoc est, Spiritu S. per ipsum loquentem, quemadmodum ipse David interpretatur, 2 Sam. 23. *ψ. 2.* Spiritus Jehovæ locutus est per me & sermo ejus factus est per linguam meam.

## VII.

Sic non pro muta & mortua litera, sed pro viva voce DEI & Spiritus S. prædicatur verbum DEI scriptum Matth. 22. *ψ. 31.* Hebr. 3. *ψ. 7. c. 10. ψ. 5. 1 Pet. 4. v. 11. Rom. 9. v. 17.* & alibi.

## VIII.

<sup>3</sup> Potentia judiciaria huius vocis (non jam è monte Sinai, Exod. 19. v. 20. nec è cælo, Matth. 3. & 17. sed per scripturas sonantis) satis claret ex textu: convicti sunt tam Pharisei, qua Sadducæi p adducta

testimonia, Ex. 3. v. 6. Psal. 110. v. 1. ut obmurescere egerentur, v. 34. 46. vimq; veritatis in corde perferant, etiam si, ex obdurata cæcitate & hostili odio adversus Dominum, prorsus dissimularent, multò minus autem ad suam salutem converterentur.

## IX.

Quando igitur Papiſtæ ad ravim usq; occinunt: hæreticos, etiam si in conflictu controversiarum, disputationum & colloquiorum, vel etiam per edita scripta, testimoniis scripturæ quasi obterrentur, tamen neq; manum dedisse, neq; ingenuè falsos esse, quod fuerint convicti: semper per fallaciam Accidentis effectum scripturæ denegant, qui tantum culpam hominum vel intercipitur vel occiditur.

## X.

Nimirum in judiciis humanis frequenter idem accidit, ut iudice decisivè in sententiam disertis verbis pronunciante, nihilominus victus (seu judicatus eam, vel per mentis simplicitatem non intelligat, vel ob perveraciam repudiet & eludat: plane, ut hæretici sacræ scripturæ reluctantur.

## XI.

Interim manet scriptura verbum vivum & efficax, penetrantius quovis gladio anipiti, Hebr. 4. v. 12. quod præter nostrum præsens, alia eximia exempla demonstrant, Act. 14. v. ult. ubi Apollo (potens in scripturis, v. 24.) Judæos magis magisq; redarguebat, *δὲ σαυατηλίζηται* publicè, ostendens per scripturas, quod Jesus esset ille Christus. Ideò firmus est sermo Propheticus, 2 Pet. 1. v. 19. quia contradicentibus, etiam si magna plaustra rationalium suarum congerant nunquam cedit.

## XII.

Quicumq; non possunt resistere sapientiæ & Spiritui per scripturas pronuncianti: illi sentiunt, se esse convictos per scripturam, quoad illum actum judicalem: Sed Judæi non poterunt resistere sapientiæ & Spiritui B. Stephani, Act. 6. v. 10. qui tamen ex scripturis locutus est, Act. 7. E. senserunt, se quo ad istum actum per scripturas judicatos & convictos esse: & per consequens falsum est pronunciatum Tanneri, quod nullum unquam scriptura convicerit.

## XIII.

Sicut enim per ministerium seu vocem Stephani sapientia verbi suam virtutem exeruit: ita in ecclesia orthodoxa, quam diu duratura est, nunquam deerunt organa (Doctores & Confessores) qui suam linguam & calamus potenti & vivifico verbo ad si-

milem efficaciam, licet ut plurimum eorum sensibus & cultam, subministrabunt.

## XIV.

Etiam Judæi pernicaces olim non considerabant scriptorum Mosis & concionum Christi judiciariam hanc potestatem & irresistibilem efficaciam: nihilominus coram ipsis & adversus ipsos Dominus attestatur: *no puteris, quod ego accusaturus sim vos apud patrem: est, qui accusat vos, Moses, in quo vos speratis: Si enim credidissetis Mose, credidissetis mihi: de mo enim ille scripsit Joh. 5. v. 45. 46. Qui rejicit me, nec recipit verba mea, habet qui condemnet ipsum: Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in ultimo illo die, Joh. 12. v. 48.*

## XV.

Jam autem sermo Christi extat in scriptis Evangelistarum & Apostolorum: & quamvis judicii extremi in specie mentionem faciat salvator, non tamen cogitandum est, tum demum libros apertos, Dan. 7. v. 10. esse judicatuos. Nam, qui non credit, jam judicatus est, Joh. 3. v. 18. manifestatio autem & ultima executio ad diem novissimum reservatur.

## XVI.

Hinc usus polemicorum scriptorum: Solida refutatio errorum per disputationes & colloquia per se patet, & simul præsentis exemplo Domini manifestè confirmatur: qui tantò magis necessarius est, frequenti iteratione & indefessâ continuatione opus habet, quando adversarii, semel datâ explicatione veritatis, non acquiescunt, sed potiùs editos sinceros libros & confessiones, dum vix lucem adspexerunt, suis scriptis impetunt, in excogitandis novis dubiis, quæstionibus, scrupulis atq; instantiis, ut & in circumveniendis simplicioribus, omnem vim sagacitatis suæ quotidie intendunt.

## XVII.

Oprandum sanè esset, & si per eos stare, orthodoxis Doctoribus sedulo curandum, ut minus tum contentionum tum hujusmodi scriptorum esset: præsertim cum multitudo talium librorum variis modis ecclesiæ & Theologis onerosa sit: & præterea non solùm adversarios præconceptarum opinionum astrum, *neve d'olice*, ambitio, simulas, vindictæ cupiditas & similes affectus ad stringendum maledicum calamum impellant, sed etiam pii hyperaspista interdum aliquid humani patiuntur, juxta Phil. 1. v. 15. 16. 17. 18.

## XVIII.

Tamen quia propter multitudinem & scripturiendi cacothês adverteæ partis vix aliter fieri potest, nisi veritatis professio periclitari debeat: major omnino justis zeli, liberæ confessionis &

Usus polemicorum scriptorum. p. 109.

salutis perturbatorum, quam nostræ quietis aut aliorum externo-  
rum compendiorum ratio habenda est.

XIX.

Idq; , ut dixi, partim ad imitationem Christi, qui neq; in  
nostra historia, neq; aliàs, per quæstiones disputationes, & con-  
tradictiones hostium suorum sese obtundi unquam passus est:  
partim ratione officii. Sicut enim idololatriæ, iracundis, scorta-  
toribus, mendacibus, & similibus peccatoribus per ελεγχον  
Spiritus Sancti occurrendum est, ne sibi videantur iusti & inno-  
centes, Joh. 16. v. 8. ita etiam contradicentes sanæ doctrinæ opor-  
tet ἀποτόμως ἐλέγχειν, Tit. 1. v. 9. 13. & respondendum est stulto,  
ne videatur sibi sapiens, Prov. 26. v. 5.

XX.

*Diversi  
heretici  
sepe collu-  
dunt con-  
tra veri-  
tatem.*

Hoc studium asserendæ sinceritatis inde difficilius evadit,  
quòd nonnunquam diversæ sectæ, aliàs contrariis dogmatibus ves-  
tenter dissentientes, per collusionem, operas adversus ortho-  
doxiam conjungunt, ex. g. Calviniani & Jesuitæ in abnegatione  
divinæ Majestatis Christi hominis; Photiniani & Papistæ pro  
justicia operum & additamenti legi à Christo factis; Calviniani  
& Arminiani in abroganda substantia cænx Dominicæ & e. planè  
ut Sadducæi & Pharisei; Herodianiani & Pharisei ad oppugnan-  
dum Christum faciliè conspirare poterunt.

XXI.

Non tamen ideò vel animum despondere vel stationem de-  
serere, sed potius zelum & industriam quotidie accendere & con-  
trà fortius ire debemus: quemadmodum soli salyatori contra ma-  
gnam turbam Legis peritorum, & sanctis Apostolis contra Pseu-  
dapostolos faciendum fuit.

XXII.

Quo de conflictu certi sumus, non tantum doctrinam falsam  
rectè oppugnari, sed etiam seductorum nomina exprimi, & o-  
mnibus, quorum interest, notificari posse: quatenus quidem non  
personæ, quæ tales, odiosè traducuntur, sed potius Pseudodocto-  
res propter noxiam doctrinam fugiendi demonstrantur, ut vita-  
ri queant.

XXIII.

Sic tempore Christi Sadducæi & Pharisei, eò quod doctri-  
næ diversæ professione diffident, etiam Classis, ut ita loquar,  
nominibus à se invicem publicè distinguebantur: quemadmodum  
etiam Christus in suis commonefactionibus non solum doctri-  
nam suo Evangelio contrariam rejecit, sed nominatim ferment-  
tum Phariseorum & Sadducæorum vitare iussit, Matth. 16. v. 6.  
& anathemata pronuntiavit adversus Phariseos, Matth. 23. 13. 24.

Certi

*Etiam no-  
mina se-  
ctarum  
exprimen-  
das.*

Certi etiam sumus, non omne præsidium in formali Schema te Syllogismorum positum esse: sed veritati ut plurimum validissimum patrocinium præstare sola dicta scripturæ, perspicuis verbis prolata, & quaestiones ex scriptura formatas.

XXV.

Talibus arietibus Magister nolter Legisperitum & Phariseos ad victoriam usq; expugnavit: cui frustra acclamassent Ingolstadtenses Jesuitæ: *in forma, in forma, in forma.*

XXVI.

Huc convertere debuisset oculos Apostata Caspar Sciopius, antequam in suo Ecclesiastico, c. 90. insanissimè & blasphemè scriberet: *stultum est querere, ubi scriptum est, quia sic Pharisei quasi verunt Joh. 7. Christus vero non ad scripturas, sed ad opera sua revocavit, Joh. 10. & 15. 24.*

XXVII.

Itane Dominus exclusivè ad opera sua vocavit? Nonnè ad scripturam deduxit, Luc. 10. v. 26. Matth. 4. v. 4. Joh. 5. v. 39. Luc. 16. v. 28. & 24. v. 26. 27. quæ vesania est, si hæc non est, plenis buccis negare, quod Christus ad scripturam revocavit?

XXVIII.

Cæterùm notandum est ex hoc exitu Colloquiorum Christi cum suis hostibus, quòd etiam post ostensam & irrefragabiliter confirmatam veritatem, tamen dissidentes partes non coaluerint in fraternam religionis concordiam, multò minus sinceritismum promiscuum pro fundamento pacis Ecclesiasticæ sibi delegerint.

XXIX.

Inde enim discimus, sapientiam illorum (qui ad tollenda dissidia religionis & ad stabilendam firmam pacem, explicationes in publicis confessionibus, disputationibus & scriptis libris utrinq; editas non sufficere sed imprimis ad synodum seu colloquium Doctorum hac in parte confugiendum esse) prudentiæ Christi non undiquaq; conformem, sed novam admodum suspectam & subricam esse: licet nostra ætate Calvinianis Ireopæis vehementer arrideat.

XXX.

Orthodoxi Theologi sanè nunquam subterfugere cogitarunt colloquia & synodos legitimè coactas, ut qui per semper parati sunt ad reddendam rationem fidei, quæ in ipsis est, 1. Pet. 3. v. 15. nec ignorant certas utilitates, quæ in piis collationibus

*Etiam absq; forma argumentorum, rectè disputatur? esp. Catholici p. 126. m.*

*Contra H. Sciopium.*

*Non queritur sinceritismus.*

*An semper decisio concilii expectanda?*

*Adm. 23. Tr. 1. 85. Dec. 1. p. 83.*

senten-

sententiarum, scripturâ duce & iudice, locum habent: Quod autem sunt certiores de singulis capitibus sanæ suæ doctrinæ, & superioribus documentis, præsertim ex scriptis, satis explorata habent scopum, ingenium & argumenta adversæ partis, meliorem *ἐκ βουῶν* sibi vix polliceri possunt, quàm qualis hîc ex doctissima disputatione Domini secuta est. XXXI.

*Quidam  
pseudodo-  
ctores pro-  
piores, non  
tamen fra-  
tres sunt.*

Negari non potest, quosdam Doctores ex illa multitudine, quæ à veritate secessionem fecit, alios aliis orthodoxæ doctrinæ propiores esse, quemadmodum referente Marco, c. 12. Christus huic Legis perito (qui tamen tentandi & irretiendi causâ accesserat) testimonium perhibuit, non longè eum abesse à regno Dei.

XXXII.

Verùm propiorem esse, & prorsus fidei domesticum seu fratrem esse, nondum eodem redeunt: cum tota scriptura sit copulativa, secundùm veteres non minùs, quàm, secundùm nostrum Textum, à maximo mandato tota lex & Prophetæ pendent: certè ipsam arcem salutis oppugnat, qui unicum principalem articulum pervertit; quemadmodum transgressor unius præcepti, totius Legis reus est, Jac. 2. v. 10.

XXXIII.

Unde etiam nostrâ ætate factum meminimus, ut tanquam schismaticus iudicatus & publicis scriptis oppugnatus fuerit ejusmodi Dector Evangelii, qui in cæteris omnibus nobiscum sentiens, adversùs unicum articulum principaliorem erroneam suam opinionem mordicus, cum scandalo Ecclesiæ, & detestatione secus (licet rectè) sentientium defendit.

XXXIV.

Vana igitur est persuasio eorum, coram mundo & mundanis ingeniis argutè sophorum, quod Calvinianis ministris fraterna conjunctio à sinceræ Augustanæ Confessionis sociis tantò minùs deneganda sit, quia tam longè à nobis non absunt, quàm Papistæ, vel Anabaptistæ vel Photiniani, vel Alii crassiores & plures errores ecclesiæ obtrudentes.

XXXV.

*Calvinia-  
ni admo-  
dum gra-  
ves erro-  
res ferunt.*

Ne jam dicam hypothèsin ipsam vehementer vacillare. Satis longè enim à veritatis sinceritate absunt, qui etiam si Missam, imaginum cultum, invocationem sanctorum, primatum Papæ & similia AntiChristi idola abominentur; tamen omnipotentiam DEI & misericordiam universalem in dubium vocant, Evangeliceas promissiones coarctant, sacramenta evacuant, meritum Christi ipsamq; salutem æternam maximè parti generis humani præcludunt

eludunt, & quod præcipuum, Christo homini, in throno dexterae DEI sedenti, divinam majestatem derogant, & propter hæc omnia tum manifestis scripturæ testimoniis contradicunt, tum fideles verbi præcones insensissimè persequuntur.

## XXXVI.

Uiq; adeò delirant illi, qui contra rerum testimonia in omnibus angulis ecclesiæ loquentia, contra infinita ferè scripta in medio posita, & protestationem facto contrariam prodentia, Magnatibus & aliis persuadere audent, Calvinianos in unico tantum loco de Cæna Dominica, & quidem non de integro loco, sed tantum de secundaria quæstione eò spectante dissentire, in cæteris verò omnibus doctrinæ partibus cum Lutero fundamentalem consensum alere.

## XXXVII.

Utinam hac in parte diligenter evolventur & accuratissimè considerarentur antitheses, quæ in disputatione B. Hunnii: An Calviniani sint Augustinæ Confessionis socii? In collatione doctrinæ Zwinglianæ cum Augustinæ Confessione; Tomo 1. Giesl. à D. Menzero; in Synopsi Calvinianæ doctrinæ à Jacobo Heilbrunnero; & in Criterio fidei à Laur. Lælio adornatis, in meridianam lucem productæ sunt!

XXXVIII. Planum nimirum inde evaderet, per nostras Ecclesias earumq; Antistites non stare, quod dissidia magis magisq; subinde gliscunt: ipsamq; adeò PACEM concordem esse non posse cum ejusmodi Doctoribus, nisi simul fidem abnegare velint.

XXXIX. Antequam ad alia transeamus, etiam hoc observatione dignum censemus, quod tempore Christi publicas cathedras soli hæretici, Sadducei, Pharisei, Essæi, vel si qui alii, occuparunt, atq; nihilominus nec vera Ecclesia, neq; veræ Ecclesiæ sincera confessio prorsus defecit.

XL. Cessent ergò Papiltæ nobis ulterius negotium facessere, donec demonstremus nominatim episcopos & Doctores, qui sub Papatu ante Lutherum adhuc universum Christianismum inundante, prorsus eandem nobiscum & cum Lutero doctrinam tenuerint, h. e. ex cathedra ordinarii sui officii clamitantes; hoc nisi fiat, aut prorsus nullam veram Ecclesiam fuisse, quod absurdum, Matth. 16. aut Romanam Ecclesiam solam fuisse veram, contra nostram hypothesin.

## XLI.

Non desunt quidem tales, qui, teste historiâ Ecclesiasticâ, etiam

*paginæ Calvin. 277.*

*Ecclesia  
& veritas non  
deficit, etiam si  
omnes publicas  
cathedras hæretici  
occupent.*

*vid. Dan. 25. c. 8.  
102. 116. de. 3. d. 9. p. 268  
dec. d. 16. q. 1. p. 270*

etiam ex cathedra sese certis erroribus opposuerunt: verum propter vitium consequentiæ nos non tenemur ad texendum huiusmodi catalogum. Sufficit enim ad perpetuam continuationem veræ ecclesiæ, si semper aliqui sint, qui veritatem salvificam amplectantur, etiam si publicæ professioni per persecutiones os præcludatur, quemadmodum infinitis confessoribus & martyribus obtigit; imò licet nobis prorsus incogniti maneat, 1 Reg. 19.

## XLII.

Hactenus de prima parte Evangelii, quæ quasi colloquium Theologicum seu actus Disputationis exhibetur; nunc de ipso argumento, quod in magno præcepto seu summa totius Legis verlabatur.

## XLIII.

Magnum hoc præceptum à Christo, ex Deut. 6. prolatum ejusmodi perfectionem Legis spirituales arguit, cui satis fieri in hac vita ne quidem à renatis potest: ut qui nec toto corde, neque totis viribus, sed vix dimidiatis pollent: eò quòd veteri & novo homine; veteri & novo corde: vetustis & innovatis viribus, sese invicem perpetuò oppugnantibus, constant Rem. 7. Gal. 5. Eph. 4. Col. 3. multò igitur minùs ex totis viribus diligere possunt.

## XLIV.

Pontificii Doctores perfectam Legis impletionem etiam in hac vita possibilem statuunt, & quidem Stapletonus in Catholico tam confidenter, ut in hæc verba proruperit: *Heretici Legis latorem & ridiculum & mendacem faciunt, quando docent, à nemine legem impleri posse.* Vide Bellar. lib. 4. de Justif. c. 10, 11, 13.

## XLV.

Errori substernunt falsam hypothesin: *Deus in præceptis Legis non respicit, quid possint homines ex se & ex natura sue viribus, sed quid possint, atque ideo debeant, ex adiutorio sue gratiæ perficere.* (Stapl. Cathol. part. 1. p. 252.)

## XLVI.

Ut vim huius mandati effugiant, variæ glossæ à suo cerebro fabricant, quarum nonnullæ, Dec. 5. disp. 8. discussæ sunt, unde hoc loco brevitate possumus esse contenti.

## XLVII.

Summa interpretationis imaginariæ huc tendit, quòd, vel doctrinalia tantum sint verba Dei apud Moysen: vel notatio totius cordi, totius animæ, totius mentis, non omnimodam perfectionem, sed talem, quæ pro virili per auxilium gratiæ cœlestis præstari potest, efflagitet,

*Legem re-*

*nati non*

*vid. Rom. 8. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23. v. 24. v. 25. v. 26. v. 27. v. 28. v. 29. v. 30. v. 31. v. 32. v. 33. v. 34. v. 35. v. 36. v. 37. v. 38. v. 39. v. 40. v. 41. v. 42. v. 43. v. 44. v. 45. v. 46. v. 47. v. 48. v. 49. v. 50. v. 51. v. 52. v. 53. v. 54. v. 55. v. 56. v. 57. v. 58. v. 59. v. 60. v. 61. v. 62. v. 63. v. 64. v. 65. v. 66. v. 67. v. 68. v. 69. v. 70. v. 71. v. 72. v. 73. v. 74. v. 75. v. 76. v. 77. v. 78. v. 79. v. 80. v. 81. v. 82. v. 83. v. 84. v. 85. v. 86. v. 87. v. 88. v. 89. v. 90. v. 91. v. 92. v. 93. v. 94. v. 95. v. 96. v. 97. v. 98. v. 99. v. 100.*

*exag.*

## XLVIII.

Stapletoni verba in priorem sententiam extant, lib. 6. de just. c. 10. hoc præceptum ait, de diligendo Deo, est doctrinale non obligatorium. Eiusdem in cathol. part. 1. p. 256. Diligere Deum perpetuò actualiter, & sic ex toto corde, ut nihil præter Deum diligatur, & ille tantum diligatur, quantum diligibilis est nemo in hac vita potest: Sed sic non sub prævaricationis pœna obligat, sed per modum doctrine, quò continere debemus, ordinatur.

## XLIX.

Ad posteriorem interpretationem spectant illa: est præceptum perfectionis, cui obstat concupiscentia, quæ quia in renatis culpabilis non est; ABQUE culpa hac perfectione caremus: perfectionem dico omnimodam, qualem sonat præceptum, p. 254. Item: Legem hanc implere debemus, tanquam viatores, non tanquam possessores & hæredes vitæ æternæ, p. 253. Bellarm. Toto corâe, integrè quidem & perfectè, ut nihil amoris Dei præponatur, sed non semper continuo actu in hac vita: hoc enim hic non requiritur, sed tantum indicatur de perfectione futuræ vitæ, lib. 1. de amiss. gratiæ c. 12. Consentiant ejusdem glossæ plures, lib. 2. de Monachis, c. 13.

## L.

Nos primò falsam hypothefin destruimus per parabolam, Matth. 18. quæ perspicuè docet, Regem cælestem à servo pro jure suo, non tantum, quæ quæcunq; ratione solvere posset, sed omnia illa, quæ ipsi concredita fuerant, reposcere: DEUS autem in prima creatione perfectè purum & innocens cor dedit; Tale igitur pro jure suo reposcit.

## L I.

Prima interpretatio, de doctrina non obligante, ita retunditur; Legis, quæ talis, proprium est, non docere tantum scientiam honesti, sed etiam mandando obligare, Deur. 27. v. 26. Ezech. 20. v. 19. Sed allegata verba sunt verba legis, & quidem mandatum maximum: E. non solum docent sed etiam præcipiendo maxime obligant.

## L II.

Adde etiam hoc argumentum: si hæc verba, maximum præceptum continentia, non sunt obligatoria: nulla alia lex erit obligatoria, sed posterius ridiculum & absurdum. E. etiam prius, Rationem consequentiæ suggerit ipse Dominus: quia à summo præcepto pendet universa lex & Prophetæ, v. 40.

LIII Ad hæc nonne constituetur DEUS doctor ridicul⁹, si verba sunt doctrinalia; quemadmodum Stapleton⁹ contendit, legislatorē

leg. non obligat. eccl. p. 197.  
de. s. p. 198. d. 70.

v. 40.

Constitui ridiculum si scilicet sensu obligatorio accepta verba ad *ὁλοκλήρως* impletionis inferant? Sed illud est absurdum. Et etiam vana consequentia, ex qua absurdum nascitur.

## LIV.

Adversus posteriorem glossam, quæ merum *ἀήμενα* est, statum expresso *ἔκ τῆς* à quo discedendum nunquam est, nisi analogia fidei & causa in scripturis fundata adigat: <sup>2</sup> ubi pro confesso accipimus concessionem Stapletoni supra allegatam: *perfectiorem OMNIMODAM sonat præceptum: Item, est PRÆCEPTUM PERFECTIIONIS, cui concupiscentia obstat: (cætera enim quæ adjicit falsissima sunt, quòd nimirum concupiscentia in renatis non sit culpabilis: culpatur enim, & pro peccato propriè ita dicto judicatur, Rom. 7. ex 9. & 10. præcepto Decalogi) <sup>3</sup> Carnale iudicium est, velle tantum pro virili obedire, quasi Deus de reliquis non sit sollicitus, quod rigor maledictionis, Deut. 27. abundè demonstrat, <sup>4</sup> Eadem maledictio quia dâmnat eos, qui hic non satisfaciunt, non demum, qui in futura vita (ex hypothesi loquendo) defecerint: certè etiam in hac vita *viaiores* obligavit ad faciendum, non tantum docuit, quò tandem ipsis perveniendum sit.*

## LV.

Quando autem nonnulli dicuntur toto corde dilexisse DEUM, Psal. 119. 1 Reg. 14. v. 8. Act. 13. v. 22. Luc. 1. v. 6. & alibi: illud non perfectam Legis impletionem sanctis tribuit, sed <sup>1</sup> laudabilem conversationem sine hypocrisis. <sup>2</sup> & fidem in Christum per quem remissionem Peccatorum acceperunt.

## LVI.

Ex eodem fonte fluit etiam illud, prorsus ad salivam Pontificiorum non faciens, quòd nullum opus charitatis sit meritorium coram Deo: nedum quòd omnes & singuli actus charitatis sint meritorii, vel quòd omnia bona opera, propter charitatis intentionem, mereantur gratiam Dei & vitam æternam, tantò abundantius & perfectius quanto fortius affectus charitatis intenditur, Cocter. part. 1. Conc. p. 497.

## LVII.

Causam negativam ita reddimus: quidquid totum, in summa intentione & perfectione, jure domini, propter mandantis auctoritatem & ineffabilia merita, debemus, id coram illo, cui debemus, novi præmii meritorium esse nequit: Atqui charitatem in omnibus & singulis actibus, secundum summam intentionem, Deo creatori jure Domini propter auctoritatem & ineffabilia merita debemus: E, coram illo charitas non est meritoria.

dec. p. 27.

ob. k.

Nullum  
opus cha-  
ritatis no-  
stræ est  
meritori-  
um. 2. 17. p. 59.

ob. Sabito

## LVIII.

Pergendum autem: si id, quod debemus, nunquam & in nullo actu plenè exsolvimus, propter hunc ipsum defectum usq; ad cõmeritoriũ non est, ut potiùs debitorem pænã dignum constituat: refero huc verba Jesuitæ Costeri, in Enchir. p. 217. *Quando in actione, quam vis per se bona, adhuc aliquid deest, quod adesse debebat, id peccatum est: Et sententiam Hieronymi: si inutilis servus est, qui fecit omnia, quid de eo dicendum, qui explere non potuit?* Nos verò nunquam & in nullo actu charitatem debitam, videlicet ex toto corde, tota anima & totis viribus, plenè solvimus: Ergò.

## LIX.

Ad minoris plenitudinem pertinent Confessiones sanctorum, quibus fatentur & deprecantur sua peccata, Psal. 130, & 143. v. 19. Prov. 20. 1 Joh. 1. Luc. 17. v. 7. 8.

## LX.

In quo dicto Lucæ plura occurrunt, quæ cum ad illustrationem, rùm ad corroboracionem utriusq; nostri argumenti, à natura debiti ducti faciunt. <sup>1</sup> quòd opera nostra jure Domini debemus. <sup>2</sup> ideoq; comparantur servo, cui etiam injunctos labores sedulo facienti tamen gratia nulla debetur. <sup>3</sup> quòd etiam omnia faciens tamen debeat fateri, se esse servum inutilem, quia fecit, quod debuit, h. e. ex humili juris & sui debiti agnitione. Ubi quæso pedem figere potest ratio meriti.

## LXI.

Jam si nemo hominum, etiam nemo reatorum, debitum suum exsolvere potest, plusquam temerariam oportet esse opinionem, quòd renatus, singulariter intendens suum studium, faciendo plura, quàm debet, possit ad peculiarem perfectionem sanctitatis & gloriæ in futura vita eniti, etiam aliis profuturam.

## LXII.

Autumant quidam præcones hujusmodi supererogationem, harum singularem dignitatem & meritam, non a præscripta lege obligatoria, sed à consiliis Christi in N. T. peculiariter propositis, pendere.

## LXIII.

Interim nos, dum illi talium consiliorum certitudinem satis probatam reddunt, ita ratiocinamur: Opus consilii seu supererogationis, vel procedit ex charitate, vel non, si non procedit, prorsus inutile est, juxta 1 Cor. 13. & per propriam hypothesein Monachorum,

*Contra a-  
pera su-  
pereroga-  
tionis.*

*2. 13. Tr. p. 136. 145. 156. 198  
Barro. p. 190. d. 12.*

*Contra b.*

*Deu q. 1. 2. 4.*

nachorum, qui omne meritum operum ex charitate, quâ tali, affirmant: Si procedit ex charitate vera & sincera, eo ipso debitum est, ut propter illud operans sibi frustra extraordinariam gratiam polliceatur.

## LXIV.

Quod dum assero, tantum meritum proprium, nequaquam autem gratuitam compensationem misericordiae DEI, vel humilem expectationem illius abnego. In nobis quidem non solum supererogationis opera, sed etiam debita deficiunt: In DEO autem supererogationis beneficia erga timentes se abundant, juxta confessionem Jacobi Patriarchae: Minor sum, ô Domine, omnibus miserationibus tuis, Gen. 32. & Aliorum, Phil. 3. v. 8. Rom. 8. v. 18. 2 Cor. 4. v. ult.

## LXV.

Ut sentit Deus justum coronat bonâ voluntate. Psal. 5. v. ult. nunquid propter meritum? Minime verò, sed coronat misericordia & miserationibus Psal. 103. v. 7. emunt absq; precio & absq; argento, Esai. 55. v. 1. quia satis pretiosum λύτρον & meritum Christi jam tum pro nobis solutum est.

## LXVI.

Nam Mediator noster non solum plagas & passiones nostras in se recepit, cruentâq; morte pro nobis exant lavit, Esai. 53. sed etiam perfectâ suâ obedientiâ rigidâ exactiōni Legis, nostro loco satisfecit, ut nunc tam exactivâ quâm passivâ obedientiâ ipsius constans λύτρον tantò perfectius & pretiosius, nobis verò nullis extraneis vel domesticis assumentis ad salutem opus esset.

## LXVII.

Qui activâ obedientiâ meritum negant (cum tamen activâ obedientiâ propriè, passiones autem pœnarum non nisi ἐν πλάτῃ obedientiâ appellantur) illis sequentem syllogismum considerandum proponimus: impletione Legis, Gal. 4. v. 5 seu perfectâ obedientiâ Christi Rom. 5. v. 19. redempti sumus: sed sola pœnarum solutio non potest dici impletio Legis. E. sola passione Christi non sumus redempti.

## LXVIII.

Minor probatur: Dilectio DEI ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus perfecta est impletio Legis (Impletio legis nihil aliud est, quâm exacta cum lege conformitas, & executio ejus, quod lex præscribit) Passiones pœnarum, quâ tales, non sunt talis dilectio: nisi fortè damnati in inferno patiendo pœnas peccatorum perfectè diligunt DEUM, quod absurdum. E. passiones, quâ t-

in se non habent  
et certitudinem

Etiam a-  
ctiva obe-  
dientia  
Christi  
salvat  
eos.

quum 66. et 67. a nobis referri  
hanc Xij. in libro A. actus  
vid. Haberh. Anst. V. 2. p. 1008

quæ tales, non sunt impletio Legis: etiam si in passione Christi summa ipsius dilectio patris & generis humani, h. e. activa obedientia simul fulserit, Psal. 40. v. 9. 10. Hebr. 5. 6. Phil. 2. v. 8. 1 Joh. 3. v. 16. 17. Joh. 15. v. 12. 13.

## LXIX.

Quid multa? sicut dato uno absurdo sequuntur plura & quasi infinita: ita unico solido fundamento veritatis, quasi unico ictu prosternuntur plures errores, quos Romana Ecclesia propter abnegatam genuinam perfectionem Legis fovet.

## LXX.

Concupiscentiam verè & propriè esse Peccatum (quod aliàs omnes Pontificii dissentent) propter præceptum magnum de omnimoda perfectione, qualem SONAT præceptum, si  $\epsilon\eta\tau\acute{o}\nu$  retineretur: non potuit negare Stapletonus, cujus verba suprâ allegavimus.

## LXXI.

Nos simpliciter hunc ad modum colligere jubemus: Quidquid repugnat magno præcepto, illud sine dubio non modo verum peccatum, sed ex se æstimatum, magnum peccatum est. Formalis enim ratio, τὸ τὶ εἶναι, peccati est ἀνομία & disparitas à Legge. Verùm concupiscentia, etiam originalis & in renatis adhuc hærens, repugnat Legi. E. Peccatum est, quale dixi.

## LXXII.

Præter testimonium Pauli Rom. 7. Minorem ita probamus: Quicquid dilectionem Dei & proximi extoro corde vitiat, impedit vel imminuit, illud repugnat magno præcepto Legis: Prava concupiscentia hoc facit: Ergò.

## LXXIII.

Similiter de omnibus, ita dictis, venialibus peccatis renatorum sentiendum: de quibus pessimo ausu Romanenses pronuntiant, quòd per se & intrinseca gravitate non sint damnatoria.

## LXXIV.

Omnia etiam  $\phi\alpha\iota\upsilon\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\varsigma$  minutissima repugnant perfectæ dilectioni Dei & proximi: quæ tam strictè exigitur, ut omnia præcepta alia inde pendere dicantur: ut rectè colligat, qui rem ita æstimant: E. quicquid contra alia præcepta in Legge & Prophetis admittitur, contra hoc ipsum magnum præceptum peccatur, & vice versâ: Quicquid contra hoc ipsum præceptum, etiam quò ad interiores motus, Matth. 5. & minima verba Matth. 12. peccatur, contra alia præcepta admittitur,

Concupiscentia in renatis propriè est peccatum.

*red. d. d. s. d. s. 1786. 79. Dam. agt. s. 93. Dec. 5. p. 17.*

## LXXV.

*Charitas  
non est  
forma fi-  
dei.*

*9. b. 183.*

*Contra o-  
perum ju-  
stificatio-  
nem.*

*Re*

Ut progrediamur ad alia, quæ hoc icu præcepti magni ca-  
dunt, inde evincitur, falsò charitatem haberi & prædicari pro for-  
ma fidei justificantis.

## LXXVI.

Insolenter etiam statuitur, & adversus Christum Salvatorem  
unicum blasphemè, quòd priorum nostrorum operum justitia  
æstimetur ad impetranda gratiam DEI & æternam salutem.

## LXXVII.

Quod ad prius: Quæcunq; toto genere differunt, ideoq; in  
scripturis sibi invicem opponuntur: illa se mutuo non constituere  
vel essentialiter informare possunt: sed fides justificans & cha-  
ritas toto genere differunt: summa enim Legis est dilectio, Matth.  
22. v. 40. unde Paulus reperit, Rom 13. v. 8. 9. fides verò justificans,  
seu, quòd idem est, justificatio, est ex Evangelio, non ex Lege. Gal.  
3. v. 18 sibi etiam opponuntur, in ipso articulo. Justificationis.  
Eph. 2. v. 8. 9. Gal. 2. v. 16. Rom. 3. v. 20.

## LXXVIII.

Non sinimus hic elabi contradicentes per consuetum sed va-  
num effugium, quòd opera fidelium, seu donum charitatis Chri-  
stianæ, non sint opera legis à Paulo in assignatis locis notata.

## LXXIX.

Urgemus enim: Ad quòd summum mandatum (meditulli-  
um & nucleus legis) obligat, illud omnino opus Legis est: sed ad  
dilectionem summum mandatum obligat: adeò quidem, ut Apo-  
stoli in exquisitis commonefactionibus ad charitatem Christiana-  
nam ad legem deducant & propter exactionem Legis debitum  
vocent, Rom. 13. v. 8. Ergò.

## LXXX.

Nihil etiam Bellarminus efficit suà instantiâ, quando scribit:  
solerari haud posse, donum caritatis, quòd est ipse nucleus Evangelii,  
ad legem transferri & fidei opponi: Si charitas ad legem pertinet,  
quia lex caritatem præcipit: cur non etiam fides, ait, relegatur ad  
legem, cum sint in lege tam multa de fide præcepta? Præceptum cha-  
ritatis ut etiam fides, ad legem pertinet: Spiritus autem charitatis  
& fidei ad Evangelium (lib. 2. de Justif. c. 4. circa finem.)

## LXXXI.

Resp. <sup>1</sup> non admittenda est tam audax contradictio in os  
Christi,

Christi, quasi Evangelii nucleus sit charitas: cum Christus eam nucleum legis aperte constituat, Matth. 22. <sup>2</sup> Quò ad probationem, neganda est minor: lex enim non præcipit de fide, quã justificante, sed tantum in genere verbo DEI credere jubet: vox Evangelii est, Credè in Christum, & salvaberis tu & domus tua Act. 16. v. 31. unde Paulus legem ex fide esse negat, Gal. 3. v. 11. <sup>3</sup> Non valet consequentia, charitatis renovatio est Evangelium beneficium Christi & Spiritus adoptionis: E ipsa charitas non opus Legis, sed Evangelii est.

## LXXXI I.

Si observando charitatem Christianam ex renovatione Spiritus, obedientiam Legi DEI præstamus: utiq; charitas est opus legis; Sed prius indubitatum est, propter modò allegatum locum, Rom. 13. E. etiam posterius in dubium vocari non debet.

## LXXXIII.

Quò ad posterius, & adversus spem salutis ex operibus, in concussum est argumentum: Justicia operum coram DEO valens, saltem ad evitandã iram & maledictionem, nedum ad promerendam salutem gloriæ æternæ, debet esse perfecta, Deut. 27. Matth. 22. Jac. 2. Nostra in hac vita nunquam talis est, nec esse potest, quod etiam superius ostensum Psal. 143. & 19. Esa. 64. Luc. 17. E. coram DEO non valet.

## LXXXIV.

Distinguit quidem Bellarminus, ut & Costerus, Stapletonus & Jesuitæ alii, inter actualem & habitualem justiciam, quarum prior tantum, non autem posterior, ipsorum opinione, imperfectionem incurrit: affirmationi de perfectione habitualis nostræ justiciæ, quam formaliter justificare docet, ita fidem facere conatur Bellarminus *opera Dei sunt perfecta*: *Sed justitia infusa seu habitualis est opus Dei, E. est perfecta.*

## LXXXV.

Verum nos contrarium evincimus hoc modo: Si actualis justitia est imperfecta, etiam habitualem imperfectam esse oportet, sed illius imperfectionem concedunt Jesuitæ. Itaq; hujus imperfectionem frustra negant. Consequentia Majoris nititur communi regulã: Effectus arguit suam causam & operatio demonstrat habitum: Optimi habitus est optima *ἐνέργεια*, ait Philosophus 2, Ethic. ad Eudem, c. 1. Certè si Adam perstitisset in originali sua justitia perfectè, perfectè etiam obedientiam & charitatem potuisset præstare.

Ad argumenti, in subsidium adducti, Majorem dicimus, eam veram esse κατὰ τὴν, nempe hoc sensu, quod omnia opera DEI in suo genere sint perfecta: sic pes est perfectum opus DEI, longè tamen imperfectius, quàm homo ipse: perfectum opus DEI est facultas rationalis in infante, Psal. 139. quæ tamen deinde ad longè majorem perfectionem excolenda est.

LXXXVII. Taliter, non autem absolutè seu consummatè, perfectum opus DEI constituit ipsa scriptura, renovationem nostram, 2 Cor. 4. v. 16. Interior homo renovandus est de die in diem: quotidie deponendus est vetus homo, Eph. 4. Col. 3. donec aliquando ad perfectionem ipsam perveniamus, 1 Cor. 13. v. 10. Quodlibet initium fidei, ut granum sinapis, Luc. 17. v. 6. est opus DEI, Joh. 6. v. 29. Phil. 1. v. 29. & tamen propter imperfectionem subinde, ex eadem gratiosa operatione DEI, augenda, Mar. 9. v. 24. Eph. 4. v. 13. 14.

LXXXVIII. Demonstrando autem hanc imperfectionem propriæ sanctitatis & justiciæ, ut & impossibilitatē implendæ legis, nobis res est non tantum cum Pontificiis, sed etiam cum Anabaptistis, Swenckfeldianis ipsiq; Pelagianis.

LXXXIX. De Pelagianis scribit Aug ad Quod vult DEUM, c. 88. *In id etiam progrediuntur, ut dicant, vitam justorū in hoc seculo nullum omnino habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici ut sit omnino sine macula & ruga, quasi non Christi Ecclesia sit, quæ in toto terrarum orbe clamat ad Deum: dimitte nobis debita nostra.*

Contra  
Pelagianos.

Contra  
Swenckf.

X C. Swenckfeldius statuit, omnibus renatis ac in Christum verè credentibus legem DEI servandam prorsus possibilem, imò etiam jucundam ac facilem esse: abusus dictis, Matth. 11. v. 30. Psal. 1. v. 2. & 119. v. 12. Phil. 4. v. 13. 1 Joh. 5. v. 3. 4. 2 Reg. 23. v. 25. quorum explicatio inter disputandum dari potest.

Contra  
Anab.

XCI. Anabaptistæ autumant, se in hac vita usq; ad summum gradum perfectionis conscendere posse, ita ut propriæ etiam justiciæ gloria atq; laude coram Deo consistere queant, nec pro peccatorum dimissione Deo supplices fieri necessum habeant. (refert Eccard Tom. 3. Gies. disp. 3. th. 14.)

X CII. Perniciosum hunc & superbum errorem prorsus confundit exactio Legis: *Diliges ex toto corde &c.* quæ à nemine sanctorum impleta est. Hoc illi libenter fassi sunt, Rom. 7. Job. 9. 1 Joh. 1. Esa. 64.

Esa. 64. Prov. 20. Esa. 6. idè tam sollicitè lapsus sunt deprecari, Matth. 6. Psal. 32. 130. 143. Extorquent omnibus piis, etiamsi diffimulare velint, eandem confessionem, tum originalis peccati tenax inhaerentia. Rom. 7. tum lucta carnis adversus Spiritum in renatis perpetua, Gal. 5.

## XCIII.

Proximum est, ut etiam illud cacoethes adoriatur, quo, ut in genere, præter canonem scripti verbi, traditiones Ecclesiæ necessarias esse contendunt, ita etiam tradunt Papistæ, Christum longè accuratorem perfectionem Legis suis additionibus in N. T. imposuisse.

## XCIV.

Hac in parte cum ipsis colludunt Photiniani recentiores, qui circa singula præcepta Decalogi annotant, qualem gradum novæ perfectionis omnibus ac singulis illis Christus in N. T. addiderit.

## XCV.

Postquam autem æternus Legislator, qui in unitate patris Christus fuit, jam dudum per Moïsem totū cor omnesq; vires, scilicet integras & immaculatas, efflagitavit, quid restare poterat amplius, in toto homine & humano genere, quod magis & fortius ad obsequium obstringere poterat?

XCVI. Perfecto nihil potest addi: sed lex est perfectissima bonorum operum regula, cum requirat dilectionem ex toto corde, & perfectam rationem salutis proponat, Deut. 30. 7. 19. nullam additionem & diminutionem ferat, Deut. 4. & 12. E. Legi divinæ nihil addi potuit, quod non jam tum vel præceptum vel prohibitum esset.

## XCVII.

Quod si particulares explanationes & speciales accommodaciones pro additamentis legalis perfectionis introducere velis, jam dudum Moïsi etiam Prophetæ multa addiderunt, quod tamen absurdum esse, Christus ipse docet, quando ex magno præcepto Moïsi illa omnia pendere, h. e. deducta esse declarat.

XCIX. Nihilominus perseverant Photiniani in opinione sua & discrimen inter Mosaicam legem de dilectione & novam perfectioremq; Christi, his duobus iudiciis evincere conantur. <sup>1</sup> quia lex vetusta jubet diligere proximum, id est, Israelitam, Christus vero omnes, etiam hostes jubet diligere. <sup>2</sup> Lex jubet diligere proximum, cum hac restrictione: sicut teipsum: Christus vero sublatâ restrictione universaliter; imò magis, quàm teipsum, ut etiam vitam pro aliis ponere debeas, Joh. 15. v. 13. 1 Joh. 3. v. 16.

K 2

99. Resp.

An Christus perfectiore legem dederit?

Instantia ff. p. 8. d. 48.  
Photinianorum.

Resp. Omnino eadem est mens Legis de caritate in N. T. quæ fuit in veteri: pro qua assertione, contra Photinianam imaginationem, sufficit, quòd scimus, Christum & Paulum doctrinam de Christiana dilectione, non ex præcepto antea ignoto, sed ex lege morali Mosis, inculcasse Luc. 10. Matth. 22. Rom. 13.

C.

Proximum esse quemlibet tuâ dilectione egentem, non solum Israelitam, vel religionis consortem, demonstravit Christus, Luc. 10. idq; non per novam sanctionem, vel interpretationem, sed ex ipso Mose, Lev. 19. v. 33, 34.

Sic ex lege veteri didicerunt fideles Israelitæ, dilectionem mandatam non refugere mortem pro proximo: ideoq; Moses devovit se pro populo, Ex. 32. v. 32. David sese cum summo periculo opposuit Goliatho, & pugnavit cum leone & urso, 1 Sam. 17. fideles reges, duces & pastores usq; ad mortem pugnarunt pro grege.

CI.

Novum autem suum præceptum de dilectione appellavit Christus, partim, ut innovatum, & à Scoris Pharisæicis repurgatum; partim, ut novo suo exemplo, Joh. 13. & 15. commendatum: quod respectu primæ originis, non novum, sed vetus erat, 1 Joh. 2. v. 7.

CII.

Quod Christus normam dilectionis erga proximum statuit sui ipsius amorem (*dilige proximum tuum, sicut TEIPSUM*) non sanè ἀθάδσαν aut πλεονεξίαν, turpissima & nocentissima vicia, Rom. 12. v. 17. Phil. 2. v. 3, 4. docet: multò minùs carnales cupiditates hac in parte attendere jubet.

CIII.

Nihilominus, quemadmodum nullius alterius vitam adimere, vel corpus lædere debes, nisi officium divinitus ordinatum gladium stringere contra fontes jubeat, Rom. 13. Gen. 9. ita etiam temetipsum & corpus tuum, sive ex negligentia, sive ex electitia ἀφροσύνα, macerare & affligere ne ausis; aliàs semper paratus, sub jugo crucis & persecutionis ad ferenda quæ vis acerbissima, ipsamque adeò, si opus sit, animam perdendam, Matth. 10.

CIV.

Hanc admonitionem interserimus, ut attentè rem considerantibus appareat, rectè spontaneam flagellationem, nimiam abesse

Contra  
carnifici-  
nam sui  
ipsius.

deus p. 43.

abstinentiam à cibis, medicamentis & reliquâ corporis curâ, cum universa carnificina proprii corporis, quocumq; nomine & prætextu à superstitionis Monachis commendetur, quippe mandato DEI & exemplis sanctorum carente, meritò ab exercitiis Christianæ pietatis atq; humilitatis excludi, Col. 2. v. ult.

## CV.

Inprimis autem *αυτοφονία* damnatur ex hoc fundamento: neminem alium (extra vindictam Magistratus ordinariam) occidere licet, ex privato affectu: E. neq; seipsum.

## CVI.

Modestè & cum *συμπαιδεία* judicamus illos *αυτόχειρας*, qui non ex deliberato tædio vitæ, aut impatientia crucis, aut desperatione, sed ab impetu tentationum, præter voluntatem & pietatis habitum, etiam foris notum, violentas sibi manus intulerunt.

## CVII.

Malitiosa autem *αυτοχειρία*, propter exempla Achitophelis, Judæ & similium, pessimè audit: supersticiosa, quando ad aucupium singularis gloriæ aut perfectionis, aut constantissimæ fortitudinis, aut castitatis, cum Priscillianistis, sibi quis mortem consciscit, ad illam proximè accedit.

## CVIII.

Unde etiam ineptè glaucoma singularis charitatis offunditur illi carnali officio, si quis cum interfectore Saulis, 2 Sam. 1. amico vitam eripiat, ne gravioribus cruciatibus diutiùs torqueatur.

## CIX.

Sanctorum potiùs exempla in conspectu sint, qui, cum durissima paterentur, vel alios pati viderent, tamen proprio ausu & consilio vitam sibi non decurtarunt, sed potiùs alios consolatione, erigere, suam verò sortem Deo commendare soliti sunt, Act. 7. 2 Tim. 2. v. 3. Phil. 1. v. 20.

## CX.

Porrò, si salvator noster ex Antinomorum schola prodiiisset, tali per suasioni addictus, quòd Legi Mosaicæ etiam morali nullus amplius locus superfit in Christiana institutione: sine dubio etiam disputationem de Legè à Theologia N. Testamenti alienam duxisset, & ociosam sollicitudinem Legisperiti de maximo vel minimo præcepto (cum nullum amplius curandum sit) reprehendisset potiùs, quàm exquisitâ suâ responsione dignatus fuisset.

Contra  
*αυτοφονία*.

Contra *Sancti. p. 186.*  
Antinomos.

## CXI.

At enim, qui aliàs doctrinam Legis fideliter inculcavit & explicavit, Matth. 5. & 7. quemadmodum etiam Apostoli fecerunt, Rom 3. v. 30. c. 13. v. 8. 9. Is etiam hoc tempore summa Legis ex Mose repetitam qua si innovavit, ejusq; dignitatem tali elogio commendavit, quòd non tantum Lex, sed etiam Prophetæ inde dependeant.

## CXII.

Jam si rectè faciunt, qui firmo Prophetico sermone attendunt, tanquam lucernæ, splendenti in loco obscuro, usq; dum dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus nostris: etiam rectè facimus, si attendamus ei, unde omnes Prophetæ pendent. Sed prius laudat Petrus, 2. ep. 1. v. 19. E. etiam simul posterius, Rom, 15. v. 4. 2 Tim. 3. v. 16.

## CXIII.

Intercedit sanè non unum discrimen inter Legem & Evangelium; eadem partes doctrinæ cælestis certis respectibus sibi invicem opponuntur, ut magnam injuriam sinceritati minetur, qui Legem cum Evangelio commiscere velit: nihilominus in usu amicè & utilissimè conspirant, 1 Tim. 1. v. 8. Luc. 10. v. 34.

## CXIV.

Quia non solum non renatos (quorum multi cætui Christianorum semper admixti sunt) in externa disciplina coercent: sed etiam renatis originalem immunditiam & multiplicem imperfectionem inchoatæ obedientiæ manifestat, nec non bonorum operum regulas præscribit: in primis autem accusando & damnando peccatum, ceu Pædagogus, ad Christum ducit.

## CXV.

Quem ductum, pro singulari sua sapientia & bonitate, quasi aliud agens, hoc loco Christus etiam Legis perito & omnibus Pharisæis demonstravit: dum ab impossibili perfectione Legis, ad unicum, digressus est.

## CXVI.

Simul autem docuit: Ita Legis summam, & singula præcepta observanda & inculcanda esse hominibus, ad solidam pietatem & salutem æternam aspirantibus, ne Articuli fidei ex doctrina Evangelii eorumq; accurata tum explicatio, tum adversus corruptelas assertio negligatur: vicissim verò Evangelii dulcissimas consolationes ita esse proponendas, ne auditores ex ignorantia Legis, vel licentiam peccandi arripiant, vel sibi novas species bonorum operum excoigent.

*Lex & Evangelium in-  
praximè amicissimè conspi-  
rant.*

*Usus legis.  
Pædagog.*

## CXVII.

Antequam autem ad posteriorem Disputationem de Messia transeamus, non incommodè prius interponi potest quæstio, de legitima divisione Decalogi, & an non mutilationem redoleat, ejusdem Decalogi in breviori epitomen contractio?

## CXIIX.

Quamvis enim apud veteres diversæ opinioniones hac de re occurrunt: tamen nostra ætate Reformatores Calviniani, rationem suæ, ut videri volunt, summè necessariæ innovationis reddentes, hanc disputationem tum difficiliorem tum magis hostilem effecerunt.

## CXIX.

Σ υ τ ο μ η ν Præceptorum adeò averfantur, ut contendant *Anhaltini*, sacrilegii reum esse, qui non integrum Decalogum, Sicut ipsum Dominus in monte Sinai promulgavit, strictè & necessario retinet & recitare jubet: ut Hæsiaci mutilationem intolerabilem vocent, si ullum verbum, syllaba vel litera in recitatione omittatur.

## CXX.

Tam rigidi sunt hic numeratores syllabarum & literarum, qui aliàs *ἑνθὺν* verborum institutionis cœnæ tantum altero oculo intuentur; præcipuè propter verba de Imaginibus, in Catechesi B. Lutheri prætermisiss.

## CXXI.

Ad cujus restitutionem non opus fuisset tam crudâ generalitate, quod omnia & singula verba, sicuti lapideis tabulis inscripta Moses accepit, absolute retinenda & observanda sint.

## CXXII.

Jugum absolutæ hujus necessitatis excutimus nos duplici de causa, partim, quia nonnulla non pertinent ad essentiam moralem præceptorum, & jam dudum cum aliis ceremonialibus expirarunt: partim, quia essentialibus ipsis nihil decedit, si verbis aliis, sensum ac significationem eandem habentibus, efferantur.

## CXXIII.

Ex priori causa necitumustale argumentum: A quorum observatione Christiani prorsus liberati sunt: illa in verbis formalibus non ampliùs obligant, secundum omnes literas & syllabas: sed à quorundam verborum (de sanctificatione videlicet Sabbati Judaici) observatione liberati sunt Christiani, Col. 2. v. 16. Gal. 4. v. 10. E, neq; verborum illorum recitatione præcisè tenemur,

De divisi-  
one Deca-  
logi.

Moysi. coll. ad. a.  
p. ad. d. 2.

Mutila-  
tio non est,  
quorum-  
dam ver-  
borum o-  
missio.

## CXXIV.

Posteriorem causam qui indubium vocat, ipsam sacram scripturam nobis suspectam reddit, eam scilicet, quæ in versionibus per alias linguas exhibetur: nec non omnes allegationes concionatorum, qui non omnes apices & syllabas dictorum pronunciant. Sæpe una sententia aliis verbis; non raro una dictio originalis linguæ pluribus reddenda est; ubi certè in sola harmonia consensus seu ejusdem sententiæ acquiescendum est.

## CXXV.

Nulla enim ratio diversitatis justa afferri potest, cur formalia verba Decalogi strictè; aliorum verò sive præceptorum ex fonte illo apud Prophetas derivatorum, vel Evangelicorum testimoniis, ἕτερον minùs sit retinendum.

## CXXVI.

Testamentalium institutionum hac in parte, quò ad verba & syllabas in certis clausulis, serè peculiare privilegium est: nihilominus Evangelistæ fidelissimi testes, in sacratissimo Testamento Christi de Cæna Eucharistica, verba, quæ eandem sententiam continent, permutant, ut ex collatione Matth. 26. v. 28. Luc. 22. v. 20. I Cor. 10. v. 16. c. 11. v. 25. apparet.

## CXXVII.

Quoad ipsam subjectam materiam de præceptis Decalogi, prostat in medio præfens exemplum Domini nostri, qui mandatum magnum, ex Deut. 6. v. 5. allegaturus nequaquam sese syllabis & verbis singulis adstrinxit, sed apud Matthæum tribus partibus contentus, corde, anima & mente, in Marco, c. 12. v. 31. & Luc. 10. v. 27. quartæ, nempe ἰσχυροῦς, facultatis, mentionem expressam adjecit, ita quidem, ut vocem in Luca postpositam apud Matthæum præposuerit.

## CXXVIII.

De qua diversitate vocum Beza in annotationibus suis majoribus; apud Marcum & Lucam etiam ἰσχυροῦς mentio fit, & ita 4. partes, cum in Mattheo & Hebræo tres tantum commemorentur, sententiam exprimentes, NON VOCABULA NUMERANTES, & δίαυτα est virtus mentis.

## CXXIX.

Certum est, si in sensu non acquiescere licet, sed formalis ratio dictionum strictè observanda, aut certè in translatione aut allegatione conveniente dictione aliâ exprimenda: prorsus apud Matthæum à Domino omissa esse vocabula Mosaica וְכָל-מִצְוָה וְכָל-דְּבַר  
cui vox δίαυτα minime correspondet.

**CXXX.** Hic si Marpurgensis Calvinista aditiffet, objeciffet Magistro cœlestis sapientiæ, ad cuius responfionem Sadducæis, scribis & Pharifæis obmutefcendum fuit: *Domine, non rectè respondiffi, quia non fingula verba fine additione & detractiõne, pro ut in Mofe extant, recitaffi: ficq; in maximo præcepto peccaffi, quod ne quidem in minori facere citra facrilegium licet.*

**CXXXI.**

Sanior mens fuit fcribæ, qui pronunciauit publicè: *Bene, Magifter, in veritate dixiffi*, Marc. 12. v. 32. ubi iterum notandum, fcribam in re-afumptione responfionis à Chrifto datæ, pro voce *δυνατας* ufurpaffe aliam, nempe *συνεσως*, quodque Dominus tertio loco dixerat, fecundo loco proruliffe: quæ tamen variatio bonitatem responfionis non vitauit.

**CXXXII.**

Unicum adhuc exemplum Pauli addimus, qui fine reatu mutilationis, Rom. 13. v. 9. præceptum de non concupifcendo proponit, omiffis omnibus fpeciebus objectorum prohibitorum, quæ in Mofe, Exod. 20. & Deut. 5. extant: & Eph. 6. v. 2. & 3. mandatum de honorandis parentibus ex profefio inculcat, ubi promiffionem de longevitate vitæ fingulariter urget, & tamen mentionem *terre Chanaan* omittit, ut quæ ad Ephesios non fpectabat.

**CXXXIII.**

Quo ad divifionem Decalogi in duas tabulas, rectè fecundum duo magna præcepta, summam & numerum præceptorum utriq; tabulæ circumfcribimus, videlicet, ut prior tabula contineat præcepta de diligendo Deo, pofterior verò præcepta de diligendo proximo.

**CXXXIV.**

Præfertim, cum primum ad dilectionem proximi pertinens, videlicet de honorandis parentibus, à Paulo vocetur primum in promiffione Eph. 6. v. 3. cum tamen nulla fequentibus mandatis vel fecunda vel tertia promiffio adjiciatur. Et fimul ufus manifeflus eft, quod fic apertifsimè cultus Dei omnibus hominibus præferendus, Act. 5. v. 29. Luc. 14. v. 26. feorfim declaratur.

**CXXXV.**

An verò primæ tabulæ de dilectione Dei præcepta quatuor vel tria: Secundæ tabulæ fex vel feptem fint adfcribenda, non fine perturbatione Ecclefiæ & odiofiffima infectatione fincerorum Doctorum hoc tempore difceptatur,

Summa  
urriusq;  
tabula.

Summa de  
legi

Præcepta ad tab. & pertinent?  
vid. Synod. Himm. et. diff. 15.  
8. 59.

## CXXXVI

Postquam ex Catechesi B. Lutheri didicimus, tria, tantum in prima (omissis verbis de simulacris) & septem in secunda tabula, duo videlicet de non concupiscendo, juxta distributionem, non e lacunis papatus haustam, sed in antiquissima Ecclesia, tempore Augustini & Clementis Alexandrini observatam, Augusti, lib. 3. Conf. c. 8. Clem. lib. 6. Strom. Eandem partitionem, ceu maximè concinnam, & odiosis cavillationibus prorsus indignam, aliis præfertimus, contra Calvinianos ἰδοῦναι μωυσας, etiam hac in parte nostram libertatem captivare molientes.

## CXXXVII.

Pro ternario primæ tabulæ, qui non fert, ut verba de imaginibus pro peculiari præcepto numerentur: & pro septenario secundæ tabulæ, qui omnino duo præcepta de concupiscentia mala requirit: brevissimè ex scriptis publicè editis fundamenta ostendam.

## CXXXIIX.

Quomocumq; enim verba de sculptilibus & imaginibus, sive de idololatrico cultu, sive de fabricatione accipiantur (hanc enim disquisitionem nos nunc alii Evangelio reservamus) prorsus & propriè sub primo præcepto de Diis alienis non colendis, ceu species sub genere continentur.

CXXXIX. Secundum primum Præceptum nulli Diis alieni sunt habendi: Simulacra sunt Diis alieni. E. secundum primum Præceptum simulacra non sunt habenda.

CXL. Minor propositio ex locis sequentibus irrefragabilis est, Gen. 35. v. 2. 4. Exod. 20. v. 23. c. 32. v. 1. 4. 8. Lev. 19. v. 4. Deut. 4. v. 28. c. 7. v. 5. & 25. c. 28. v. 36. 64. 1 Sam. 5. v. 7. c. 7. v. 3. 4. Sap. 13. v. 10. c. 15. v. 8. Jer. 2. v. 27. 28. Rom. 1. v. 23. Act. 7. v. 43.

CXLI. Duo distincta præcepta proposita esse contra malā concupiscentiam, colligimus his indiciis. <sup>1</sup> Verbum mandatorum expressè bis repetitur. <sup>2</sup> Et quamvis in Exodo eadem vox ponatur, tamen in Deuteronomio, majoris perspicuitatis & evidentioris discriminis ergò, duo diversa verba hebraica ponuntur. <sup>3</sup> Scriptura accuratè de duplici concupiscentia, Originali & Actuali, longè ab invicem diversissima, docet Rom. 7. Jacob. 1. Matth. 5. ut mirum non sit, diversis præceptis, secundum modò dictam diversitatem, concupiscentiam oppugnari. <sup>4</sup> Præsertim, Originalis secundum sapientiam humanam ignoretur, ideoq; lege divina expressè notanda & in lucem protrahenda fuerit, Rom. 7. v. 7.

v. 3. Syncl. Ann  
mel. 1. p. 102. f. 50

a. sub. 8. 2. 7. habere

o. 23. Tr. p. 226

vid. Aug. disp. privi. disp. no.  
de 9. et 10. p. 111.

## CXLII.

Nunc ad posterius colloquium progressi, antequam ipsius  
 Ἐπιμαρτῶ ἐπερωταῶ experiamur, deprehendimus Dominum &  
 M. gultrum nostrum, qui prius Respondentis partes ad scribam lu-  
 sinuerat, nunc interrogantis seu opponentis partes in te recepisse.

## CXLIII.

Ejusmodi vicissitudo in Colloquiis & Disputationibus inter-  
 cludi nec potest nec debet, cum singularis artis & efficacix sit, si  
 per validas instantias κατὰ λόγον per interrogationes & reducti-  
 onem ad absurdum, etiam Respondens retundere adversarium  
 suum queat.

## CXLIV.

Tergiversatio potius, quam solida exceptio fuit Pistorii A-  
 postata, qui noluit consentire, ut in Colloquio Badensi Respon-  
 dens interdum opponendi vel replicandi potestatem usurparet,  
 præterdicens, sic intolerabiles confusiones orituras esse, Act. p. 83. 84.

## CXLV.

Melioris farinae non est exceptio Calvinistica, quæ negat  
 ex brevi sententia è scripto quodam decerpta Autoris mentem  
 posse cognosci, sed semper opus esse, ut etiam Antecedentia &  
 consequentia aspiciantur: ideoq; injuriam fieri Calvinianis scri-  
 ptoribus ita dictis, quando ex collectis hujusmodi paragraphis sta-  
 tuatur, quid, e. gr. de causa Peccati, de absoluto decreto, de omni-  
 potentia Dei, de Electione &c. doceant Refutatio Triumphi Wir-  
 tch. p. 76. 77.)

## CXLVI.

Frustra hoc folium prætextitur: aliam non inficiamur, suo lo-  
 co diligentem antecedentium & consequentium collationem in-  
 stituendam esse. Interim quælibet sententia etiam è medio scri-  
 ptoris deprompta, aliquid vel affirmat vel negat.

## CXLVII.

Hunc ad modum Dominus adversariis suis, non integrum  
 Psalmum 110. Sed illam tantum sententiam opposuit, quæ David  
 sedentem a dextris Dominum, suum Dominum appellavit: Sic  
 etiam alibi Christus, Evangelistæ & Apostoli brevissima dicta ex  
 scriptis Prophetarum, ad stabiliendam veritatem, & ad retunden-  
 dos adversarios adduxerunt, ut exempla ubivis sunt obvia, Matth.  
 1. v. 23. c. 2. v. 15. & 18. c. 4. v. 4. 5 &c.

CXLIX. Quod autem Christus ex Psalterio Davidis, libro pri-  
 mario veteris scripturæ, testimonium citavit: in eo commendavit  
 nobis

*An Re-  
 spondenti  
 liceat in-  
 terdum  
 opponere?*

*An non  
 singule  
 sententie  
 Autoris  
 mentem  
 prodant?*

*Pro neces-  
 sitate V. T. g. 2. 21. p. 280*

contra A.  
nab.

nobis dignitatem, necessitatem & utilitatem scriptorum veteris Testamenti, quibus aliàs Anabaptistæ in negotio fidei fundandæ adstringi nolunt, solo N. T. innitentes.

CLIX.

Scriptura enim, quæ principaliter de Christo loquitur, & ex qua Christus & Apostoli fidei Christianæ capita & salutare comonefactiones demonstrant, Christianis diligenter est attendenda: At Scriptura Mosis & Prophetarum in V. T. talis est: E. Christianis in omni officio pietatis diligenter attendenda.

CL.

Minor, secundum utramq; partem totius doctrinæ cælestis, confirmatur ex nostro Evangelio, in quo Christus primò summam faciendorum ex Mose repetit, deinde principalem quæstionem Evangelicam de Christo ejusq; admirabili persona ex Ps. 110. illustrat: qui, si testimoniis illis (ut Anabaptistæ putant) inveteratis non ampliùs standum esset, pro sua sapientia & auctoritate faciliè aliis argumentis ignorantiam adversariorum confundere potuisset.

CL I.

Sic quotiescunq; (quod tamen multoties fit) Evangelistæ & Apostoli in suis scriptis vaticinia vetera allegant: toties nos deducunt, tum ad lectionem, tum ad fidelem attentionem, Matth. 24. & 15. V. Testamenti; imprimis autem insignia sunt documenta, Joh. 5. & 29. Luc. 16. & 29. 31. 2 Tim. 3. & ult. Rom. 15. & 4.

CL II.

Contra  
Mani-  
cheos de  
Davide.

Manichæorum autem, Gnosticorum & Nicolaitarum furor non confundendus, sed ad orcum relegandus est, qui de Davide populo persuadere aucti sunt, quòd non Christi Prophetæ fuerit, neq; Dòctor & commentator divinarum omnium scripturarum, sed humana cautionis ac secularis rei conscriptor extiterit (apud Philstr. f. 69.)

CL III.

Nam Christus non nudè provocat ad scripturam Psalmorum, sine mentione Autoris, sed expressè dicit, *Davidem in Spiritu de Messia Domino suo* in Psal. 110. vaticinatum esse.

CL IV.

Due na-  
turae sunt  
in Christo  
agnoscen-  
de.

Principalis thesis, qua Dominus omnibus Pharisæis, licet veritatem avertantibus, os obstruxit, quòd nimirum Messias sit simul filius David & ejusdem Dominus, illustre testimonium est de *Ἰσαβὴθ ὡς πω* salvatore nostro, quòd in unitate personæ duabus naturis, divina & humanâ consistet.

CLV

Quod enim Christus Iesus Mariae filius, sic iste verus Messias, quem David in spiritu vidit, ejusq; sessionem ad dextram Dei prædixit, nunc in confesso ponimus, neq; hac in parte contradictiones eorum, qui sunt extra limites Christianæ professionis, moramur: suo etiam tempore certitudo hæc suis fundamentis sustentata est.

CLVI

Necesse igitur est, ut Photiniani & similis perfidiæ consortes, pariter obmutescant cum Pharisaïs, qui ut æternam Creatoriq; omnipotenti consubstantialem Deitatem Christi abnegent, duas distinctas naturas in persona redemptoris nostri minimè concedunt, sed primum initium personalis existentia ejus in conceptione Mariæ constituunt.

CLVII

Sic ergo inveniunt quidem, cur filius Mariæ dicatur filius Davidis? nimirum, quia Maria ex stemmate regio Davidis oriunda fuit, Matth. 1. Luc. 3. Solidam autem rationem reddere non possunt, cur idem filius Dominus Davidis ab ipso Davide eo tempore, quo ex Spiritu S. prophetavit, cultu & honore fiduciali, vocatus fuerit.

CLIX

Perhibeat quidam, Deum æternum totius mundi creatorem dignitatem & honorem Dei Messia contulisse, sicq; nuncupativam tantum Dominum & dignationem talem profitentur: confessione, ut persuasi sunt, solis fidelibus N. T. propria: ideoq; inter alia additamenta, quibus præcepta Decalogi a Christo aucta esse disputant, etiam hanc additionem primi præcepti fingunt, ut Christus pro vero Deo, h. e. pro tali, qui deum in nos imperium habet, in N. T. agnoscamus, adoremus & invocemus.

CLIX

Verum cum David per vocabulum MEUM singularem fiduciam cordis sui declaret, quæ Domino huic suo tempore, ceu petra salutis & auxilii, innixus est, omnino fiducialia hæc verba æstimamus ex fide Abrahamæ, secundum glossam Christi, Joh. 8. *antequam Abraham esset, ego sum*: quæ indicatum est, Abrahamum (& sic etiam Davidem) non solum futurum scilicet secundum humanam naturam, sed etiam præsentem se vidisse.

CLX

Idecirco sic concludimus: Qui tempore Davidis fuit ipse Dominus, ille etiam fuit & est verus Deus: Sed Messias, Filius Davidis,

*Figmentum Photiniano-  
rum de additione primi præcepti.*

*Alia  
quædam  
quædam  
quædam*

*quædam*

L 3

vidis, ipsius tempore, fuit Dominus ipsius, juxta propriam & quidem singulari devotione in Spiritu editam confessionem: E. est verus DEUS. Connexionis in Majori ratio est ista, quia David rex fuit, & præter DEUM neminem superiorem Dominum suum agnovit.

CLXI.

Si verba Psalmi de Domini primo ortu, longo tempore post Davidem demum futuro, accipienda fuissent: habuissent sanè quod respondiissent Pharisei, cum absolutè absurdum non sit, ut filius vel aliquis ex posteris ad sublimiorem dignitatem & potestatem regni, quam parens habuit, ascendat. Tale quid quia tempore Davidis ostendere non potuerunt, obmutescendum fuit.

CLXII.

De nostra interpretatione tantò minùs dubitandum est, cum uberrima confirmatio ex aliis locis scripturæ accedat, præsertim ex Jer. 23. Mich. 5. Psal. 2. Rom. 9. 1 Joh. 5. quibus in locis (ut omnia alia nunc missa faciamus) Christus Messias Jehova, verus DEUS, benedictus DEUS in secula, genitus à DEO, inde à diebus æternitatis, declaratur.

CLXIII.

Est sanè ipse filius David, h. e. homo in Mariæ virginis utero conceptus, ipsissimus Dominus Davidis: non autem per honorificam tantum nuncupationem, multò minùs per Eutichianam transmutationem, sed per assumptionem humanitatis in DEUM, seu per manifestationem DEI in carne 1 Tim. 3. quæ λόγος factus est caro, Joh. 1. & tamen mansit, quod in principio apud DEUM fuit.

CLXIV.

Sic demonstratur arctissima unio duarum naturarum, quæ omnes alias species unionis excellentissimè superat, & simul realibus *κοινωνία* tum naturarum tum proprietatum: contra eos, qui adhuc dum in scholis Calvinianis pernegant, Christum, qua hominem, esse ipsissimū Filium DEI, (vide T. 6 Gies. disp. 19. th. 344.)

CLXV. Talis autè majestas filii hominis, ut & ipsa lesio ad dexteram DEI, nequaquam patrocinatur nuncupationi Photinianæ: Sed potiùs æternam personam Filii DEI in hoc singulari homine præsupponit, cum aliàs impossibile fuisset, ut nudo hominis, seu humano & finito subjecto, absq; annihilatione, divina & infinita potentia conferretur, aut ex divina DEI veri natura realiter transfunderetur.

CLXVI.

Utrumq; enim fieri oportuisset, utrumq; pariter absurdum: primò,

*Pro reali  
κοινωνία  
naturarum  
& i.  
dioma-  
tism.*

primò, ut potentia Divina, quæ cum essentia Divina realiter *ſavro* est, à Deo avelleretur, ſecundò, ut per realem participationem homo donatus illa omnipotentia alterum & novum infinitum ſubſiſtens conſtitueret.

## CLXVII.

Dum blaſphemi adverſarii meris & vacuis titulis paſcere populum volunt: applauſum quæ rant inter ſuos: nos filialiter & humiliter perſuaſi ſumus, verbum Dei loqui ipſam veritatem, ideoq; Chriſtum non tantum honoris ergò dici, ſed reverà eſſe, imò ab infinita æternitate fuiſſe verum DEUM.

## CLXVIII.

Immotum manet axioma, etiamſi Photiniani propter ſuas imaginationes negent: Quicumq; habet divinum imperium adorandus & in omnibus neceſſitatibus invocandus eſt; ille eſt verus, ſubſtantialis & æternus DEUS: Et jam aſſumimus conceſſionem adverſariorum: Chriſtus habet divinum imperium & adorandus eſt, E. eſt verus & æternus DEUS, non tantum in tempore talis dici & haberi cæpit.

## CLXIX.

De ſeſſione ad dexteram patris quædam dicta ſunt, in Feſto Aſcenſionis, Dec. 4. diſp. 1. quæ huc quoq; pertinere videntur, ideoq; brevitatſ cauſa lectorem eò remitto.

## CLXX.

Illud tantum obiter noto, Nahumum pag. 74. ſ. inſigniter Arianizare, cum ſcribit: *Sedere ad dextram Dei eſt proximum honoris gradum poſt Deum habere, eam eſſe perſonam, per quam Deus pater omnia gubernat.*

## CLXXI.

Ad cujus nutum nugatur Bellarminus, lib. 3. de Incarn. Chriſti c. 15. qui ex moribus antiquitatis refert, *Sedere à dextris minus honorificum fuiſſe, ideoq; in diplomatis Papalibus Petri ſigillum ſiniſtrum locum tenere: unde inferit. Si Chriſtus, ut minor & inferior, à dextris ſedet, ſeſſio non debet referri ad majeſtatem Divinam.*

## CLXXII.

Negat autem ſcriptura hypotheſin, quæ dextram Dei de ipſo throno majeſtatis, Hebr. 8. v. 1. virtutis & potentæ, Matth. 26. v. 64. Supra omnes cælos. Eph. 4. v. 10. Ebr. 7. v. 26. ſupra omnem poteſtatem, quæ in hoc & in futuro ſeculo nominari poteſt, Eph. 1. v. 21. ideoq; de ipſa infinita & omnipreſente omnipotentia Dei omnia gubernante, Pſal. 77. v. 11. 139. v. 10. interpretatur: unde etiam Paulo ſedere ad dextra maſt regnare, donec omnes inimici pedibus ſubjiciatur, 1 Cor. 15. v. 25.

*De ſeſſione  
ad dex-  
tram Dei.*

CLXXIII.

*Tres sunt  
personae  
Deitatis.*

*Contra  
cultum  
Pontifici-  
um Ma-  
riae.*

Obiter simul observandum est, pro stabiliendo S.S. Trinitatis mysterio, omnium trium personarum in nostro textu distinctam mentionem fieri, Dei patris, ad cujus dextram sedet Christus; Domini Davidis, qui in Spiritu hoc praedixit.

CLXXIV.

Illud autem Pontificiis considerandum propono: Si jus maternum B. Mariae & secundum quosdam etiam Josepho conciliavit illam dignitatem, ut sint fons misericordiae, regina & rex caeli, pollentes ejusmodi potestate, ut etiam AUTORITATIVE, pro miseris invocantibus, ad Christum in dextra DEI regnantem, intercedere, imo praecipere & mandare queant: jam non solum a virgine & putativo marito, sed ab omnibus majoribus, in universa Genealogia Christi, simile praesidium divinum expectandum erit.

CLXXV.

Ratio consequentiae est, quia paternitatis major, quam maternitatis (ut ita loquar) vis est, & veri patris, ex cujus lumbis Christus descendit, longe major, quam putativi, qui tantum deponationis affinitate, & propter praestitam tutelam, patris loco habitus est.

CLXXVI.

Rectius ita rem subducere deberent superstitioni clientes Mariae: si jus paternitatis in potentissimo Rege David non obtulit, quo minus Messias ipsius Dominus esset, David autem hujus regno subiceretur: multo minus in Maria virgine, tali potestate carente, jus maternum potuit efficere, quo minus Christus Dominus esset & maneret Mariae, ipsa vero regno filii humiliter subiceretur.

DE ABUSIBUS.

CLXXVII.

Totum hoc Evangelium ita evidenter nostrum est, ut paucissima, eaq; levicula occurrant, quae sibi suisq; opinionibus favore adversarii praesumunt.

CLXXVIII.

*Abusus  
pro merito  
charitatis.*

Fr. Costerus, Conc. part. 1. p. 497. aliquot rationes reddens, cur praecipuum de Dilectione Dei insignium sit & accetur, quinto loco hanc offert: *Quia charitas est omnium meritorum origo: unde etiam, qui ex majori charitate aliquid facit, majorem in caelo mercedem promeretur, quam vis opus in se minori labore conficiatur.*

## CLXXIX.

Resp. Falsa causa pro vera supponitur, quod apparet <sup>1</sup> ex iis, quæ supra dicta sunt; contra opinionem meriti, ex illo fundamento, quia omnia in hoc mandato præcepta Deo ex aliis causis debemus. <sup>2</sup> quia caritas secundum Pontificios meritoria, non tantum in primo seu magno, sed etiam in secundo simili mandato præscripta est: E ex charitatis merito, si quod esset, non pendet ratio; cur illud maximum dicatur.

CLXXX. Veram appellationis causam facile ex scriptura intelligimus, quia nimirum principalem obedientiam & cultum continet, cui omnia alia caritatis officia in secundo præcepto, seu secundatubula, præscripta cedere debent, Act. 7. Gal. 1. Matth. 10. Luc. 14. Maximum est præceptum, quia maximè à Deo requisitum, & maximè ab hominibus curandum est. Ratione finis copulat cum Altissimo & maximo hæc dilectio; A dilectione Dei pendet caritas erga proximum; & caritas per se est maxima virtus, 1 Cor. 13. nihil aliud debemus, quàm charitatem: Qui diligit, legem implevit, Rom. 13.

CLXXXI. Quod autem posterius mandatum priori maximo, quod cultum omnibus aliis præferendum continet, simile dicitur, apparet paradoxorum videtur. Verum de hac comparatione ita statuendum: Ordine quidem magnum illud antecedit & antecellit: nihilominus lex de dilectione proximi illi similis est sequentibus respectibus.

## CLXXXII.

<sup>1</sup> Utraq; à summo Jehova originem habent. <sup>2</sup> perfectum & sincerum obsequium flagitant. <sup>3</sup> prævaricatoribus maledictionem imponunt, <sup>4</sup> quia proximus est imago DEI. <sup>5</sup> ideoq; propter Deum diligendus est, <sup>6</sup> adeo, ut qui non diligit proximum, diligere Deum nequeat, 1 Joh. 4. v. 20. <sup>7</sup> & quæ proximo præstantur vel denegantur beneficia, Dominus sibi facta vel omissa reputat, Matt. 25.

## CLXXXIII.

Stapleronus in suo Catholico quatuor ferè argumentis ex hoc textu expugnare gratuitam fidei justitiam, moralemq; operum justitiam, seu ad salutis affecutionem necessariam, stabilire conatur.

## CLXXXIV.

Primò: absurdum est, Deum PRIMò operum justitiam querere & postea gratuitam offerre sine operibus: Atqui primò operum justitiam querit, videlicet mandato magno: Dilige Deum ex toto corde, E. part. 1. p. 256.

M

Resp.

p. 686. 55.

Cur præceptum magnum ita dicitur?

Cur secundum primo simile?

Abusus gl. 876. contra justitiam fidei?

## CLXXXV.

Respondetur: Negatur major, ita illimitatè proposita: quia citra absurditatem, diverso respectu & fine, Deus utramq; justitiã docet: Justitiam operum (quanta quidem per gratiam Spiritus Sancti in hoc imperfectionis statu præstari potest) flagitat à nobis, ceu debitum officium, & novam obedientiam gratitudinis ergò & ad celebrationem nominis sui præstandam, nequaquam autem ad salutem meritòritam. Gratuitam justitiam fidei, nihilominus simul in Evangelio docet & offert, atq; à nobis apprehendi jubet, quia aliter (salvã justitiã Dei) salvari non possumus, postquam impossibile nobis est debitam obedientiam perfectè extolvere, aut super insoluto tam grandi debito maledictionem Dei effugere.

## CLXXXVI.

Ubi attendendum, particulam PRIMò captiosè adhiberi, quasi in Evangelio nostro notet ordinem ad doctrinam Evangelii, seu justitiam fidei: cum tantùm notet ordinem inter gradum dilectionis principalem & minùs principalem, inter dilectionem Dei & proximi.

## CLXXXVII.

Aliàs sanè, citra absurditatem, etiam inter Legis exactionem & Evangelii promissionem, istam τὰξιν agnoscimus, Quòd primò lex requirat perfectum suum debitum seu obsequium, arguat, accuset & damnet peccatum: postea verò contritis & de Medico anxio Evangelium offerat gratiam, in Christo Jesu per fidem apprehendam.

## CLXXXIIX.

Sic pro primis parentibus primò Legis concio, deinde Evangelica consolatio de semine mulieris sonabat, Gen. 2. & 3. Sic semimortuo primò vinum, deinde oleum infundebatur, Luc. 10. Sic Rex primò à servo debitore sua talenta reposcebat, postea verò gratuitam condonationem offerebat, Matth. 18.

## CLXXXIIX.

*ob.* Alterum argumentum innuit his verbis: *Quasi lex & prophetæ non amplius obligarent p. 258.* cuius hæc forma est: Si lex & prophetæ adhuc omnes Christianos obligant: utiq; justitia operum ad salutem eorum est necessaria: Sed obligant adhuc. Ergò.

## CXC.

yz. Connexio Majoris pessimè cohæret: partim, quia ab indeterminato ad determinatum procedit (*obligat, E. ad salutem*) partim, quia Prophetarum scripta, non solum præcepta legalia ad justitiam

ad iusticiam operum spectantia, sed etiam vicinia de Christo, pro fide in illum accedenda & confirmanda, continent.

## CXC I.

Ad hæc Lex & legales conciones Prophetarum non simpliciter obligant, quia maledictio per Christum est sublata, Gal. 3. non obligant eo fine, ut ex lege salutem querere debeamus, sed ut accusatione & exactione sua sit Pædagogus ad Christum, & iam iustificatis normam operum, Deo in Christo ex fide placentium, præscribat.

## CXC II.

Tertium in eadem paginâ ita comparatum est: *A sola Fide non pendet uniuersa lex & Prophetæ. E. sola fides nō iustificat, aut saluat.*

## CXC III.

1. Major ommissa: Ab eo, quod iustificat, debet pendere tota lex & prophetæ, satis obscura & ambigua est. Certè vocabulo pendere eo sensu Christus in Evangelio nostro utitur, ut sit idem; quod contineri, & tanquam specialia & particularia ad suum genus & totum referri.

2. Neque Christus, per Prophetas, omnia & singula in ipsorum scriptis contenta, sed *κατὰ τὴν* loquens, tantum legalia præcepta, seu explicationes, repetitiones & inculcationes legis, & commonefactiones inde deductas intelligit.

## CXC IV.

Errat igitur Jesuita, quando ita declamitat: *viderint heretici, quod Christus doceat, totam reliquam scripturam nihil nos iuare, nisi hæc duo mandata obseruentur.*

CVC. iuvat omnino Evangelium, & saluberrimum consilium suggerit, ubi lex in Prophetis proposita iuare nequit: quando autem securos & impenitentes non iuvat, culpa non est in medicina, sed in malitia negligentis & repudiantis medicinam.

## CXC VI.

Cæterum (quod ad inficiationem minoris seu antecedentis pertinet) suo sensu omnino lex & Prophetæ à fide & à Christo, quem fides perpetuo intuetur, pendent, juxta illud: *Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod remissionem Peccatorum accepturus sit, per nomen ejus, quisquis crediderit in eum, Act. 10. v. 43. Lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificaremur, Gal. 3. v. 24.*

## CXC VII.

Quarto iterum ratiocinatur: *A magno præcepto dilectionis pendet*

lex & Prophetæ: E. etiam fides inde dependet, & per consequens fides per charitatem efformatur & perficitur. seu gratia corâ Deo efficitur. CXCIX. R. Jam modò discussa est amphibologia phræseos, quòd Prophetæ à præcepto magno pendeant, non ἀπὸ λαῶς secundùm omnia & singula contenta, sed secundùm morales conciones. Concedimus autem fidem, quatenus est qualitas, esse virtutem primi præcepti, & à lege pendere; non tamen à charitate perficitur multò minùs propter charitatem Deo grata est ad justificationem: Sed tantùm in relatione, quatenus Christum ceu annulus gemmam complectitur, ejusq; preciosissimam obedientiam pro nostra inobedientia, ad placandam justissimam iram Dei, obvertit. <sup>3</sup> Recto ordine, videlicet, quatenus credere in Christum & fidelem seu regeneratum esse oportet, quicunq; vult DEUM & proximum sincere diligere: à fide omnia pendent, & charitas est fructus fidei, juxta, Rom. 14. quidquid non est ex fide, peccatum est. <sup>4</sup> Nempe, non placent Deo, vel charitatis nostræ, vel alia sacrificia, nisi offerantur Christo per fidem, 1 Pet. 2. v. 5. propter cujus plenitudinem nostri defectus non judicantur.

CXCIX.

*Abusus  
contrahu-  
mane na-  
ture in  
Christo  
majesta-  
tem.*

Nahum tædiosam suam cramben iterum apponit, qua veritatem humanæ naturæ in Christo, ejusdem divinæ majestatis & reali præsentie in cæna opponit p. 753. Conc. ita scribens: Si Christus filius Davidis est, carnem ab eo assumpsit homogencam, id est, talem, quæ invisibilis non est, quæ ubiq; non est, quæ sub pane & vino cæne Dominicæ incomprehensibiliter non latet, editur aut bibitur: Secus filius Davidis esse non potest.

CC. De hac autem ἀναλογία in superioribus Decadibus multoties dictum est. Uno verbo, Βέλτιστος Qualitatum non tollit veram substantiam; aliàs verus filius Davidis Christus non fuisset, quia absq; peccato conceptus & natus est. Tantò minùs in hoc mysterio, ubi majestas communicata à tam sublimes principio deducitur, quod omnem potentiã & intelligentiam humanam antecellit: & à transfusione in aliud subjectum prorsus aliena est: præterquam, quòd protestationes omnium nostrarum Ecclesiarum & Doctorum publicè extent, quòd veritatem humanæ naturæ in Christo nobis consubstantialis, non solùm agnoscamus & asseramus, sed etiam pro fundamento multiplicium consolationum, in negotio redemptionis, humiliter veneremur: & deniq; Eutychnam exæquationem non minùs quàm, Nestorianam sequelstrationem abominemur. Nun c finem præsentis Evangelio imponimus.

DECAD.

DECAD. VI. DISPUT. IV.

## DOMINICA XIX.

POST TRINITATIS,

Matth. 9. vers. 1. 8.

I.



Ynosura, à qua nos miseri peccatores oculos cordis nunquam avertere debemus, est gratuita remissio peccatorum, à misericordissimo D<sup>no</sup> propter filium satisfactorem proposita; quippe in qua nostra justificatio ad æternam salutem consistit: unde mirum non est, sed potius quotidianæ, perpetuæ & summæ devotionis sanctorum indicium, quòd toties legimus versum intercalarem: *miserericordia Domini manet in æternum*, Psal. 136. *Misericors & clemens Iehova longanimus & multa misericordia*, Exod. 34. v. 6. Num. 14. v. 18. Psal. 86. v. 5. 103. v. 8. Joel. 2. v. 13. quo etiam fornices templi perforuerunt in consecratione Salomonis, 2 Paral. 5. v. 13.

II.

Hæc autem gratia non in supremo cælo, nec in remotissimis & transmarinis insulis reposita est, ut vel propterea ascendendum in cælum, vel periculosissimæ peregrinationes suscipiendæ sint: sed propè adest in ore & corde nostro, per verbum fidei prædicatum, Rom. 10. v. 8. 9.

III.

Proximè adest in hoc nostro Evangelio, jucundissimo exemplo ab ipso Christo, fonte omnis misericordiæ salvificæ, expressa, in paralytico quasi ob oculos picta, & contra hostium blasphemiam asserta, ita, ut, quemadmodum rectè secundum exemplum Abrahæ justificari debemus, Rom. 4. Similiter etiam remissionem peccatorum non nisi juxta typum hujus paralytici desiderare possimus.

IV.

Christus remisit paralytico peccata, non ut minister ex organica officii potestate, sed ut misericors autor & conciliator gratiæ, qui suo

qui suo merito iustitiæ legis satisfecit, ut propter se confugientes ad thronum misericordiæ pœnas effugere, & pro iustis haberi queant.

## V.

*Meritum  
Christi etiam  
retro ante passi-  
onem suam  
efficax.*

Eo quidem tempore, quo paralytico, Mariæ Magdalenæ & aliis condonatio peccatorum annunciata est, nondum plene à Christo perfolutum fuit satisfactorium illud *λύτρον* perfectæ obedientiæ Christi, quæ peccatorum inobedientiam expiare debuit, Rom. 5. (obediencia enim debuit sese extendere usq; ad cruentam & ignominiosam mortem crucis, Phil. 2. v. 8. adhuc futuram) Efficacia autem, h. e. æstimatio illius coram DEO, omnibus retro seculis, ut divinis promissionibus oblata & typis sacrificiorum præfigurata & quasi visibiliter prædicata, ita certissima fuit etiam ab æterno, juxta dictum, Apoc. 13. v. 8. *agnus mactatus est inde à iustis fundamentis mundi.*

## VI.

Hoc officium & meritum Christi luculentam explicationem habet, quod in nomine ipsius omnes credentes remissionem peccatorum accepturi sint, consentientibus omnibus prophetis, Act. 10. v. 43 quod solus sit mediator DEI & hominum, 1 Tim. 2. v. 5. Quod in ipso habeamus redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum, Col. 1. v. 14. Rom. 3. v. 25.

## VII.

Postquam ipse, finito suo officio concionandi in terris, & relicto mundo, in cœlos ascendit, ministerium reconciliationis 2 Cor. 5. ita concedidit suis apostolis & successoribus, ut in nomine suo annunciant pœnitentiam & remissionem peccatorum omnibus populis, Luc. 24. v. 47. promissâ ratificatione cœlesti, Joh. 20. v. 23. omnino ad talem, & nullam aliam, annunciationem determinata.

## VIII.

*Remissio  
peccatorum non*

Sceleratus igitur est abusus potestatis clavium, quando in Patu salutari pœnitentiæ non solum meritum Christi, sed etiam propria & sanctorum opera substernuntur ipsaq; absolutio privata con-

ta conceptis verbis hujusmodi blasphemæ mixturæ super-  
struitur.

dispensan-  
da in no-  
mine san-  
ctorum.

## IX.

Rejicimus ergo circa hoc Evangelium, & adorcum usq; dam-  
namus, omnes absolutionis pontificiæ formulas, his exempli loco  
subjectis similes: *Precibus & meritis B. Mariæ semper-virginis,  
B. Michaelis Archangeli, B. Johannis Baptiste, S. S. Apostolorum  
Petri & Pauli & omnium sanctorum, misereatur vestri omnipotens  
Deus, & dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam eternam*  
(Lib. Cerem. Pontif. fol. 231.) *Parcat tibi Deus. Meritum pasi-  
onis Domini nostri Jesu Christi & B. Mariæ semper-Virginis &  
omnium sanctorum, meritum ordinis, gravamen religionis, humili-  
tas confessantis, contritio cordis, bona opera, que fecisti & facies pro  
amore Domini nostri Jesu Christi, cedant tibi in remissionem pecca-  
torum tuorum, in augmentum meriti & gratia & in premium vite  
eternæ* (recit. Luth. Gal. 2. Tom. 4. Jen.)

## X.

O Impudentiam! Meritum Sanctorum (quod tamen illi  
ipsi nunquam agnoverunt, Gen. 32. Dan. 9. Psal. 130. & 143.) non  
tantum ad reconciliationem confidentis, sed etiam ad augmentum  
meriti proprii referri debet, ut scilicet cum Monachi meritis con-  
junctum de novo aliis mereatur. Sic infinites unum idemque  
Sancti (si quod est) meritum æstimatur, & DEO nimis quam cha-  
rè venditur: per imposturam plusquam magis, onicam & furtivam,  
qua idem equus ter quaterve venditur.

## XI.

Quod hac supputatione collige: Si Baptistæ meritum  
cedit ad augmentum meriti omnium Religiosorum & Monachor-  
um (quorum multæ myriades sunt) quemadmodum ipsis in ab-  
solutionis formula prædicta impuratur: certè meritum illud non  
tantum propter Baptistam, sed etiam in singulis monachis quorū  
merita

merita inde aucta sunt, æstimandum & quasi coram Deo taxandum venit.

## XII.

Abraham fuit pater omnium fidelium, in tanta inter cælitæ dignitate constitutus, ut Christus etiam Lazari defuncti beatitudinem in ipsius sinu ostendat, Luc. 16; David fuit vir secundum COR DEI, Act. 13. v. 22. & singulare organum Spirit. Sancti, 2 Sam. 23. v. 23; Jobis pietatem & patientiam in sustinendis gravissimis passionibus DEUS ipse prædicavit, Job. 1. adeo ut ipsi Jesuitæ non dubitent superabundans meritum passionum illius in thesaurum indulgentiarum & meritorum reponere, propter locum Job. 6. v. 2. (Gosterus Ench. pag. 412. & in Conc. part. I. p. 523. Non tamen ad hujusmodi merita Christus paralyticum vel quenquã alium, in solenni formula absolutionis, vel ullo alio modo, revocavit: quemadmodum etiam similis confidentiæ nullum vestigium apud ullum prophetam extat.

## XIII.

Porro etiam si Dominus veram absolutionem verè contrito paralytico (de neutro pia mens dubitare potest) denunciaverit, idq; in ipso Novo Testamento, ut Autor Novi Testamenti, denunciatione prorsus Evangelicâ; tamen Sacramentum non administravit.

## XIV.

Itanè subjacet fulmini Canonis Tridentini, sess. 14. *Si quis dixerit in Catholica Ecclesia, penitentiam non esse verè ac propriè Sacramentum pro fidelibus, anathema sit?*

## XV.

Christum Sacramentum non administrasse, parebit ex subiectis verbis Bellarmini, periphrasin imaginarii Sacramenti continentibus: *Verã penitentia potest vel in sola mentis conversione atq; interna peccati detestatione consistere vel etiam externis signis, mærore, lachrymis, confessione, corporis afflictione se prodere. Et quidem conversio illa mentis ad Deum, est semper necessaria fuerit ad reconciliationem & virtus quedam sit non exigua: tamen Nisi signa externa adjuncta habeat, Sacramentum dici non potest.* Lib. 1. de Pœnit. c. 8.

vid. de. q. d. p.  
d. 50.

*Penitentia non est Sacramentum.*

## XVI.

Unde autem Bellarmino, vel cuiuspiam alii, constare potest de talibus signis in paralytico, cum Evangelista prorsus taceat præsertim de talibus signis, & tali intentione adhibitis, ut eorum virtute, per gratiam Sacramenti auctâ, liberatio à peccatis obtingat? Ita enim Papistæ necessitatem & virtutem ejusmodi signorum Sacramentalium, præcipuè sufficientem contritionis dolorem, explicant.

## XVII.

Secundum Jesuitas, sicut *candela recens extincta & adhuc fumans exiguo flatu rursus accenditur: sic anima, quæ virtute attritionis sumat, licet accensa non sit, accedente flatu & virtute sacramenti, mox tota accenditur*: Atqui Christus talem virtutem non exeruit, ut fumantem dolorem paralytici magis accenderet, sed potius efficacissimæ consolationis flabro, *Confide fili mi*, prorsus restringere studuit.

## XVIII.

Quia ergo Christus penitentiae Sacramentum, neq; ab Ecclesia V. Testamenti accepit, neq; ipse exeruit, neq; ullibi, secundum hujusmodi sacramentales ritus vel signa, instituit, & præterea talis opinio neq; cum Joh. Baptistæ, neq; cum Apostolorum concionibus atq; praxi, Matth. 3. Act. 2. v. 38. c. 3. v. 19. c. 13. v. 38. c. 15. v. 11. c. 26. v. 22. consentit: nos hanc doctrinam pro *non mediocri errore Theologorum* habemus, cum Erasmo, in Annot. Matth. 3.

## XIX.

Non sacrosanctum Sacramentum efficitur, sed potius contritionis devotioni aliâ bonæ, utili & necessariæ, pessimè olens stercus allinitur, quando præter opinionem de aliis meritoriis operibus, etiam mærorem animi & afflictionem corporis satisfactionis loco immiscere volumus, Phil. 3. v. 8. Esa. 64. v. 6.

## XX.

Valere jubemus omnes exactiones satisfactionum, quæ expiare peccata solent, quocumq; nomine veniant; afflictiones corporis, jejunia, flagella, cilicia, peregrinationes, orationes facultatum, quadragenas, septenas, carenas, &c.

## XXI.

Prorsus gratuitam remissionem peccatorum donavit Christus

*Non opus est propriis satisfactionibus.*

*Remissio*

peccato-  
rum est  
prorsus  
gratuita.

paralytico, talem concionatur & offert scriptura uniuersa: Væ illis qui gratis oblatam, Esa. 55. v. 1. cum ingrata suspicione de misericordia DEI, mercede emere volunt; quam tamen nusquam apud nos, Iro pauperiores inueniemus.

## XXII.

Toto autem cælo, quod dicitur, errat Colsterus, Conc. part. 1. p. 521. qui ex verbis: *videns Iesus fidem illorum*, hanc doctrinam elicit: *ut firmiter credas, te accepturum, requiritur, ut conditiones impleas à Deo prefixas*. Intelligit autem obedientiam erga præcepta DEI: quod tali simili declarat: *Sicut pater potens, qui filio promisit opem, cogitur eam præstare, cum filium vides obedire sibi, & opis eger, nulli nisi sibi fidere, se implorare*. Vis ergo utiliter *confidere, serua mandata, ama eum, & sic spes te non confundet*. Item p. 522. *Etsi præcipuum fiducia fundamentum sit promissio, tamen sicut opera bona requiruntur ad impetrandum, quod Deus promisit: sic eadem multum fovent fiduciam, ita ut hæc tanto sit major, quanto illa meliora*. Sicut qui Regem offendit, nihil ab eo sperat vel petit, nisi reconcilietur prius: is verò, qui multa ei & magna præstitit officia, petit FIDENTER, sic, qui facit voluntatem Dei, aliquam experitur in se SECURITATEM, ut confidat se exaudiendum.

## XXIII.

Talem securitatem & confidentiam tribuit Iesuita paralytico, secundum proprium λήμμα, Malè-sanà ratione colligitur: paralyticus sanari corpore non potuit, nisi prius dimitterentur ejus peccata: Ergò ipse ad remissionem peccatorum accipiendam tali conditione instructus fuit, tali etiam fiducia niti debuit, quòd obdierit DEO.

## XXIV.

Certè Paulus, aliàs bonæ conscientie thesaurum non negligens, 2 Cor. 1. v. 12, non tamen fiduciam suam coram Deo in eo posuit, 1 Cor. 4. v. 4. multò minùs David, Daniel & alii sancti, Psal. 51. Dan. 9.

## XXV.

Si fiducia in eo est ponenda & firmanda, quòd regem ecclestem non offendimus, tali fiducia nobis æternùm carendum erit, Psal. 130. Luc. 18, Matth. 18, nisi velimus DEUM mendacem facere, 1 Joh. 1. v. 10. Quia in multis labimur omnes, Jacob. 3. v. 2. Delicta  
quis in-

quis intelligit, Psal. 19. Ne autem fiduciã careamus, revocat nos Johannes ad fidelitatem Advocati nostri Jesu Christi, 1 Johan. 2. v. 1, 2.

## XXVI.

Præterquã quod paralyticus publico rumore, de misericordia Christi satis certus fuit, quæ hæctenus nullum vel languidum, vel peccatorem, ne quidem adulteros & publicanos, rejecerat: specialem promissionem Domini audivit, *Confide fili: cui soli tutissimè inniti potuit, & innixus est, exemplo Davidis, Psal. 51.*

*Objectum  
fidei para-  
lytici.*


## XXVII.

Huic innixus plenissimã absolutionem à peccatis reportavit, nullã mediante conventionem de satisfactione præstanda: qualis neq; à Magdalena, nec à Zachæo, neq; à latrone, notoriis peccatoribus, requisita fuit.

## XXIX.

In accepta hac remissione peccatorum justificatus fuit coram DEO: & similiter justificantur omnes contriti peccatores, propter Christum misericordiam DEI implorantes, Luc. 18. v. 13. 14. Rom. 4. v. 7. Psal. 32. v. 1. Psal. 130. v. 3. 2 Cor. 5. v. ult.

## XXIX.

Ex fide paralytici, quæ sola requisita fuit, tanquam immediatum organum apprehendendæ remissionis peccatorum; quæ etiam sola obtinuit, quod recreare animam & tranquillare conscientiam, imò primum initium ad sanationem corporis facere potuit: cognoscimus, quod *fides justificans, fides*  *firma fiducia, & pia quædam confidentia esse debeat, contra communem pontificiorum opinionem, Bellar. lib. 1. de justif. c. 11.*

*Fides est  
fiducias.*

## XXX.

In primis contra crassum pronunciatum Sanderi in libro de Justificatione: *à fide ALIENUM est, ut certò statuat, sibi remissa esse peccata, & se filium Dei esse.*

*tempus fidei dicitur p. 66. q. 1.*

## XXXI.

Nonne potiùs Evangelista fides adhibenda est, qui de Christo narrat, illum omnino voluisse, ut paralyticus *consideret, sibi remissa esse peccata, eundemq; Filium* singulari amoris affectu vocasse?

## XXXII.

Neq; est, quod dicas, vel hoc exemplũ, quando Christus corã cum

*Instantia.*

peccatore in individuo egit, ad alios communiter non pertinere: vel jussu Domini non fidem, sed spem, vel aliam virtutem à fide diversam, requisitam fuisse.

## XXXIII.

Prius enim quod attinet, fatemur, illud aliquod momentum habiturum esse, si scriptura hypothelin nunquam ad thesin transulisset, regulasq; universales proposuisset, unde quilibet accommodationem infallibilem ad suum individuum facere queat: *In nomine Christi accipiet remissionem peccatorum omnis, qui credit in ipsum, Act. 10. v. 43.*

## XXXIV.

Jam verò ipse Bellarminus agnoscit, lib. 1. de justif. c. 11. Ex dictis, fidem in actu justificationis describentibus, propter pronomina illa, nobis, nostris, me, &c. rectè inferri, quòd unusquisq; generales promissiones sibi per fidem applicare debeat.

## XXXV.

Adversus posterius ex eodem loco ita ratiocinamur: Id, quo omnium prophetarum consensu, remissionem peccatorum omnes accipere debent, est fides, seu rò credere in Christum & misericordiam DEI amplecti. Sed *ἰσχυρος* seu fiducia, per consolationem Christi suggesta, est illud, quò paralyticus suorum peccatorum remissionem accipere debuit: Ergò fiducia illa fuit vera fides.

## XXXVI.

Certè Costero veritas illa verba expressit: *Ad fidem hanc (nempe qualem videt Jesus, v. 2.) non sufficit credere, quòd vera sint, quæ in scripturis Deus dixit: hoc enim & peccatores Catholici faciunt: sed oportet promissionibus ejus inniti, & quòd promisit generatim, FIRMITER fidere, & accepturum, (Conc. part. 1. p. 521.)*

## XXXVII.

Arq; illud est, quod nunc etiam peculiariter ex hac fide seu fiducia paralytici observandum est, contra Bellarm. lib. 1. de justif. c. 11. nimirum <sup>objectum</sup> justificantis fidei, quæ talis, & quatenus debet remissione peccatorum donari, non esse omne verbum sacramentum literarum, multò minùs legem & comminationes legales.

## XXXVIII.

Tale autem argumentum formamus: *Quicquid conscientiam tranquillat & solatur, illius proprium objectum non potest esse id, quod accusat & terret: Sed fides tranquillam reddit conscientiam,*

Quòdnam proprium objectum Fidei justificantis?

See q. p. 111. 112.

scientiam, & reddere debet, juxta consolationem Christi: *Confide fili mi*, h. e. ne terrere, ne despera, bono animo esto, ne perturbis amplius stimulis conscientie ob admitta peccata, quæ Lex maledictione sua damnat. Ergo ejus objectum non potuit esse id, quod terret, videlicet *lex & comminationes*.

## XXXIX.

Sanè cum fidei Christianæ plura sint officia, quàm justificare & promissam salutem apprehendere: facile conceditur, quòd ratione hujus generalitatis intueatur omne verbum DEI, quatenus scilicet promissiones sive corporales; sive spirituales proponit, vel etiam historias enarrat, quibus hujusmodi promissiones illustrantur.

## XL.

Quatenus autem fides justificat, vel peccatori gratiam DEI & remissionem peccatorum, consolationem & tranquillitatem conscientie in judicio DEI impetrare debet: eatenus pro proprio objecto habet Christum, seu, quod idem est, Evangelicas promissiones de remissione peccatorum, gratis in & propter Christum penitentibus oblata.

## XLI.

Quemadmodum hoc speciale fidei objectum satis exactè notatur, 1 Joh. 2. v. 1. 2. 1 Cor. 1. v. 31. Joh. 3. v. 16. 18. Rom. 3. v. 24. 25. Eph. 2. v. 8. 9. Gal. 6. v. 14. Heb. 11.

## XLII.

Profectò si fides justificans, quæ talis, fertur in omnes historias, & quòdlibet verbum in libris prophetarum & Apostolorum descriptum, tanquam in proprium objectum, potuisset paralyticus remissionem accipere ex noticia & assensu super facto recentissimo Gadarenorum, qui Christum, propter porcos à dæmoniis submersos, exire finibus suis jusserunt: Fides lata in doctrinam de Diabolo æquè salvaret, ut lata in Christum.

## XLIII.

Pugnat etiam cum exemplo nostri paralytici præcepto asseveratio F. Socini Photiniani, qui cap. 4. part. 4. p. 370. contendit, *fidem in Christum non facile legi vel inveniri de re credenda, quæ jam peracta sit, semper de futuris*. Dicit etiam, ideo fidem vocari & esse fiduciam, quia futura tantùm credit, pag. 373.

## XLIV.

Scopus seu finis, ad quem thesauralem evictam cupit, pessimus est,

*Actus generalis fidei  
Joh. 1. v. 12. de Verbo Dei  
1 Joh. 2. v. 1. 2. 1 Cor. 1. v. 31.  
Joh. 3. v. 16. 18. Rom. 3. v. 24. 25.  
Eph. 2. v. 8. 9. Gal. 6. v. 14. Heb. 11.*

*de obj. fidei just. vid. de  
S. Dam. II. Tr. m. 6. 107.*

*An fides  
tantùm  
futura  
credat?*

*obj. fidei*

mus est; videlicet ut persuadeat, objectum fidei non esse passionem, satisfactionem & meritum Christi, utpote dudum factum & præstitum: ideoq; leuiusculum existimari non debet, quòd huic disquisitioni, per occasionem, immoramur.

## XLV.

Paralyticus enim sua fiducia credere iubetur, quòd iam remissa ipsi sint peccata, & *ἀφάρται*. Sic discipuli crediderunt, quòd filius exiit à patre, Joh. 16. v. 27. fidei intelligimus, mundum verbo DEI ex nihilo creatum esse, Heb. 11. v. 3. Credere iubemur, quòd Christus sit filius DEI, qualis tamen fuit ab æterno, Act. 8. v. 37. 1 Joh. 5. v. 5. Credimus & credere debemus, quòd Christus sit mortuus & à morte excitatus, 1 Theff. 4. v. 14. Et quid opus est pluribus documentis?

## XLVI.

Præcipuè autem hoc loco dissimulandum non est, cum dubitatione pontificia consistere non posse fidem, quæ juxta ideam fidelis confidentiæ paralytici conformata, h. e. Christo placens, verè Christiana, remissionis peccatorum & salutis & assecutrix est.

## XLVII.

Dominus hac ipsa de causa paralyticum confidere jubet, ut de certitudine gratiæ ipsum confirmaret, omnesq; hæitationes & fluctuationes animi perturbati excluderet, quia non remittenda demum, post aliquot condiciones impletas, sed jam tum remissa Ipsi sint peccata.

## XLVIII.

Ideo Costerus circa hæc verba annotat: *Confidebat paralyticus, sed ad maiorem fiduciam hortatur cum Christus: quia DEO non possumus NIMIUM FIDERE*, pag. 525. Conc. part. 1.

## XLIX.

Si sincero animo scribis, Costere, quæ verba præ se ferunt, quòd nimis DEO fidere non possumus: (id quod res est, propter infallibilem veritatem in promissionibus, Psal. 33. misericordiam & potentiam infinitam Syr. 2. Psal. 103. & 135.) cur aliàs docetis, arrogantiam & superbiam esse, omnino ab humilibus fidelium animis expugnandam, si quis, etiam credens in Christum, ejusq; verbo innitens, statuat, se esse in gratia & hæredem vitæ æternæ?

## L.

Dum vos fæditatè dubitationis cum maxima fiducia conciliatis:

Contra  
dubitatio-  
nem Pon-  
tif. p. 169.

lietis: nos interim certi sumus, <sup>1</sup> paralytici fiduciam placuisse Christo, <sup>2</sup> esse virtutem primi præcepti, <sup>3</sup> internam justificationem Spiritus Sancti, Rom. 8. v. 16. <sup>4</sup> roborandam efficaciam sacramentorum, & certitudine de exauditione nostrarum precum, ut & absolutione ex potestate clavium à ministris verbi annuntiata.

## L I.

Axioma Apostoli, præ cæteris diligenter observandum est: Qui credit in filium DEI, habet testimonium in seipso, 1 Joh. 5. v. 10. Qui dubitat, An sit in gratia DEI, non habet testimonium in seipso, sed trepidam dubitationem, Ergò non credit in Christum. Catholici ergò penitus de sua fide dispiciant.

## L II.

Hæc generalitas axiomatis, ut & illorum: Qui non credit, facit DEUM mendacem, 1 Joh. 5. v. 10. Quicumq; in fide rogat, ne dubitet: qui dubitat, nihil à DEO accipiet, Jacob. 1. v. 6. 7. Simul iterum eludit exceptionem vulgatam, quasi paralyticus, Matth. 9. & Paulus Rom. 8. speciali revelatione à dubitatione immunes, redditi sint, de fidelibus autem in genere longè aliud esse judiciù,

## L III.

In primis autem Absolutio à peccatis contrito peccatori, & filialiter ad misericordiam DEI, per fidem in Christum propitiatorem, confugienti, privatim ex officio denunciata, validè debet reluctari omni dubitationi, quæ per infirmitatem carnis etiam renatos interdum fatigat, præsertim in cruce & tentationibus, cui nisi in Spiritu resistatur, tandem in desperationem degenerare potest.

## L IV.

De modo dicta Absolutione privata benigniùs quidem Calvinus, Martyr, Bucanus & nonnulli alii alicubi judicant: Iniquissimè autem Zwinglius, in libro de vera & falsa religione: *Audacia est eorum, qui perhibuerunt clavibus hominem certum fieri, qui per fidem incertus est. Frustra dices, liber es. Non enim tuo verbo ipsum magis potes certum reddere, quam muscam Elephantum facere, cum dixeris Elephas es, &c.*

## L V.

O ineptam oppositionem fidei & absolutionis: cum Absolutio ipsam fidem pœnitentis principaliter respiciat & confirmet. planè ut Christus fecit, *Confite fili, remissa sunt tibi peccata: Subordinata, non opposita sunt.*

De Absolutio-  
lutione  
privata.

vid. q. thot. disp.  
hanclem p. 107  
y. p. p. v. d. g. m.  
thot. d. q. 3. 95. 2

## LXVI.

Quis ferat similem exclusionem alterius, à positione unius: ille peritidem intus certus est; Ergò per baptismum, per participationem cænæ Dominicæ, per consolationes & conciones ex verbo DEI ipropositas, per lectionem sacre scripturæ, certus fieri non potest?

## LVII.

Agnoscamus sanè absolutionem privatam, in nostris Ecclesiis usitatam, non esse mandatarum vel strictè necessariam: nihilominus libera ejus usurpatio per se fluit ex potestate clavium, Joh. 20. Matth. 16. & nihil aliud est, quàm usus clavis solventis ad singulos.

## LIX.

Sicut autem singulos, necessitate ita flagitante, docere, mone- re & consolari, ad officium Evangelici pastoris pertinet, Act. 8. v. 29. 30. 31. Act. 9. v. 17. Act. 16. v. 30. 31. Act. 20. v. 31. ita etiam singulis peccata sua confitentibus & fidem in Christum profiten- tibus, remissio annuncianda est.

## LIX.

Idq; juxta exempla Nathan, 2 Sam. 12. & Salvatoris nostri, qui non tantum huic paralytico, Matth. 9. v. 2, sed etiam peccatrici, Luc. 7. v. 48, peccatorum remissionem coram & singulariter impertivit: quorum imitationem intercludere non debet notitia, ad quot & quantos abusus tum confessio tum absolutio priva- ta ab aliis pertracta sit & adhuc pertrahatur.

## LX.

Cur Cal-  
vinianis  
excusa?

Multò minùs nunc privatæ absolutionis usum fastidire vel abrogare debemus, propter reprehensionem Calvinianorum, postquam videmus, eam difficilem ideoq; exosam illis esse, propter dogma de absoluto decreto, & absoluta particularitate redemptionis Christi, & promissionum Evangelicarum: unde bonâ fide nemini in individuò, etiam si contritionem, fidem & bonum propositum profiteatur, gratiam DEI promittere possunt.

## LXI.

Obstat enim propter nebulam absolutæ reprobationis, etiam præsumptio vel suspicio de non-vèra seu temporaria fide: unde quemadmodum illorum opinione infans, tabulis absolutæ prædesti- nationis non adscriptus, etiam millies baptizatus, tamen non regeneratur; ita talis adultus millies absolutus nihil gratiæ ex privata annunciatione ministri reportare potest.

## LXII.

Depositum hujus ritus, præsertim ante usum Eucharistiæ u-  
sitati, custodiunt Ecclesiæ nostræ, præter dictas causas, etiam pro-  
pter dictas insignes utilitates, quarum privatio, in ultimi hujus  
seculi securitate, non leve detrimentum pietati allatura esset.

*Utilitates  
privatæ  
absoluti-  
onis.*

## LXIII.

Prima est explorationis, ad salutarem cæcæ Dominicæ sum-  
tionem, ex præscripto Apostoli, 1 Cor. II. v. 28. summe necessariæ,  
melior institutio. Ne enim sine tali probatione, & quæ cum illa  
cohæret, debita præparatione, quis indignè & ad gravius judicium  
accedat, apud rudiores & simpliciores non sufficit solus conatus;  
sed opus est prudenti manu ductione ex verbo DEI, quam nemo  
melius, quàm pastor animarum, præstare potest.

*Exploratio in publico*

## LXIV.

Secunda est examen accuratum ipsi ministro necessarium, ne  
contra regulam Christi, Matth. 7. Sanctum canibus projiciat, h.  
e. incaute eos ad mensam Domini admittat, qui non solum sibi  
(ex tempore pastoris confidentiores) judicium esuri & bibitori, sed  
etiam scandalo pernicioso convivas fideles, vel totam Ecclesiæ  
particularem, perturbaturi essent: Ubi certè vigilandum, nõ autem  
ex vago rumore, vel ex cujusq; delatione, sed potius ab exploratio-  
ne, privatim & bona cum pace, sub fide silentii, liberè instituta,  
pendendum est.

*Pastoris examinatio*

## LXV.

Tertiò cum sæpe contritorum peccatorum conscientia, pro-  
pter peculiare casus (ut vocamus) conscientia & singulares de-  
lictorum circumstantias, ut ei coincidentes tentationes, sicut cer-  
vus frigidam Psal. 42. v. 1. Esa 38. v. 17. Psal. 94. v. 19. desiderent  
consolationis emplastra suis vulneribus appropriata, quæ tamen  
vel per simplicitatem, vel mentis consternationem sibi ex phar-  
macopolio scripturarum ipsimet depromere non possunt: hac oc-  
casionem sibi optimè consulere, & non tantum particularem acco-  
modationem promissionum Evangelicarum ad suam personam  
auscultare, conscientiam suam funditus exonerare, sed etiam effi-  
cacissimas consolationes pro sua siti petere & accipere possunt.

*39 phobus appropinquo.*

## LXVI.

Si super his reclamet nasutus ex parte fastidientium; hæc o-  
mnia

*Excep.*

omnia aliis privatis colloquiis non minori fructu & pietate fieri posse, etiam si necessitate privatae confessionis & examinis auditores non constringantur: Respondemus <sup>ann.</sup> propterea non intercludi alias privatas compellationes pastorum, quoties opus est. <sup>2</sup> neq; tamen quovis alio tempore tam commodè, minori cum offensione & pari profectu, talia fieri posse, quàm circa deliberatum & oblatum novæ emendationis propositum, <sup>3</sup> Aut si par utrobq; effectus locum habeat, non tamen teneri Ecclesiam, ritum, pro libertate Christiana antiquitus susceptum, & evidentibus commoditatibus insignem, non sine scandalo infirmorum, deserere, ut denuò alias occasiones capter.

LXVII.

Quantocunq; autem studio patrocinium privatae absolutio- nis (unde etiam confessionis privatae licentia pondet,) in Ecclesi- is A. confess. sincerè addictis, urgetur: tanto zelo debemus aver- sari auricularem confessionem, qua apud Papistas omnium & singulorum peccatorum, quæ quidem remitti debent, enumera- tio secundum circumstantias extorquetur.

LXIIIX.

Adversus hanc Decad. 5 disp. 9, <sup>34</sup>plura dicta sunt: Nunc suffi- ciat exemplum præfens, quando paralyticus optimè, jucundissimè & plenissimè, sine omni singulorum peccatorum confessione, postquam suo accessu & demissione antè pedes Christi humilita- tem, indignitatem & contritionem suam generaliter declarasset, à Christo absolutus est: quam rationem etiam observavit, Luc. 7. v. 19, & post ipsum Apostoli, Act. 2. v. 38.

LXIX.

Negat Bellarminus, valere hanc consequentiam ab exemplo Christi ad Apostolos, eò quòd his non parem suæ, sed minorem po- testatem remittendi peccata, videlicet sacramentis aliisq; medus al- ligatam, commendârit. Ipsa verba Bellarmi vide Decad. 3. disp. 6. th. 43.

LXX.

Nos distinguimus inter potestatem Christi, qua ille, ut Archi- episcopus animarum, ut æternus sacerdos & Doctor Ecclesie pol- let, quæ æterna & divina est, & illum modum, quo servili habitu, planè ut alius propheta & Doctor inter homines ministeris fun- ctus est. Illam priorem autoritatem non commisit Apostolis, qui nunquã debuerunt aut potuerunt, ex propria potestate, vel in suo nomine, impertire remissionem peccatorû sed posteriorem modû.

*Rejicitur  
annua confessio o-  
mnium  
peccato-  
rum in  
specie.*

*v. d. Dom. 24. Tr.  
6. 80. 86. 92.*

*An Apostoli minorem pote-  
statem remittendi pecca-  
ta ipso Christo generaliter  
rem.*

## LXXI.

Sed instas: Hoc autem tempore pro autoritate divina fecit, quod fecit: quia remittendo peccata voluit hostibus blasphemis declarare, se esse illum DEUM, penesquem solum est remittere peccata: Ergo factum Domini impertinenter ad ministeriale officium accommodatur.

*Instans.*

## LXXII.

Resp. Emicare quidem sivit suam occultam majestatem in expeditione sui muneris prophetici: sed malè inferitur, quod ἀπλῶς pro autoritate sua ἀποκαταστάσει ministerio suo functus sit: sicuti miraculis demonstravit suam divinam omnipotentiam, etiam in ultimo passionis actu: neq; tamen inferre licet: Ergo pro divina sua autoritate passus est, cum scriptura in toto opere redemptionis eum, ut servum humiliatum sistat.

## LXXIII.

Breviùs: Ille, qui erat in forma DEI, Phil. 2. v. 6. (quod demonstravit Phariseis specimine omnipotentiae in sanatione paralytici) habitu compertus est, ut homo, etiam in hac absolute & consolatione peccatoris, qui etiam aliàs disputando doctrinamq; vindicando, in forma fidelis Doctoris inventus est.

## LXXIV.

Circa methodum sanandi, à Christo in paralytico observatam, ut priùs animam remissione peccatorum, & Evangelico solatio, postea verò corpus sanaret (quæ, quando textus ad didacticum & paræneticum usum transferretur, diligenter inculcanda est) Costerus mentionem facit decreti, in concilio Lateranensi sub Innocentio 3. facti, ut nemo medicus quempiam incipiat sanare corporaliter, nisi priùs à medico spiritali adiuvetur.

*An Medicus debeat sanare, animam nondum sanam?*

## LXXV.

Tale institutum moraliter bonum, non tamen ἀπλῶς, sed cum cautione triplici ferendum est, <sup>1</sup> ne necessitatem summam constringat, quæ non patitur sibi sigi determinatas leges: sæpe enim spiritualis medicus, nimirum minister Evangelii, è vestigio haberi nequit, cum tamen periculum in mora sit, si medicus suum officium diù differat.

## LXXVI.

<sup>2</sup> Ne negligantur ægroti propter divortium religionis: Cur enim medicus artem suam deneget Judæo, Photiniano, Ariano, Turcæ

Turcæ in miseria constituto, quem diligere debet, sicut seipsum, Matth. 5. & 22? Certè Samaritanas non disputavit cum semimortuo, de consensu vel dissensu in religione, adeoq; de interna animæ cura, priusq; obligaret illum, & in diversorium deportaret, Luc. 10.

## LXXVII.

<sup>3</sup> Ne hujusmodi decretum subserviat carnificinæ conscientiarum & Hispanicæ inquisitioni, ut nimirum in peregrinis locis Nicodemorum, quos ita vocamus, occultam confessionem medici expiscentur & ad Tyrannicos inquisitores deferant, vel miserum in periculoso morbo, inter ignotos constituti, denegatione medicinæ, honestæ sepulturæ & aliorum officiorum, ad apostasiam sollicitent: quod tamen frequenter in Italia & Hispania fieri, satis constat.

## LXXIIX.

Medicum sanè Christianum lex charitatis etiam ad hujusmodi pias admonitiones obligat, quæ ad salutem animæ spectent: Scriptura autem illam sollicitudinem potissimum ab ipsis ægrotis flagitat, Sir. 38. v. 9. Jacob. 5. v. 13. 14.

## LXXIX.

Modestius igitur Magister historiæ Scholasticæ cum Medicis agit: *Medici ante omnia ægros admoneant de vera penitentiâ & confessione, ne peccato manente, tanquam serro in vulnere, frustra malagma apponatur.* Item Cassiodorus, lib. 1. Instit. divin: *Diserte quidem naturas herbarum, commixtionesq; specierum sollicitâ mente tractare: sed non ponatis in herbis spem, non in humanis consiliis sospitatem: nam quamvis medicina legatur à Domino constituta, ipse tamen sanos efficit, qui vitam sine fine concedit.*

## LXXX.

Jod. Nahum, Conc. p. 757 occasione Zeli Pharisaici (licet pro tempore injusti, hypocritici & blasphemii) adversus blasphemiam hanc exhortationem proponit: *Si quis Deum ipsum, aut ipsius actiones & ordinationes blasphemat: id non tantum animo, sed etiam verbis, gestibus & factis merito deestabimur.* Et rectè quidem, propter loca ibidem allegata, Levit. 24. v. 14. 1 Reg. 21. v. 10. 13, Matth. 26. v. 65.

## LXXXI.

In qua consideratione, facile etiam consentimus in distributionem

tionem graduum seu specierum blasphemix, à Costero datam, p. 526. *Primò*, cùm de DEO dicimus, quod ei non competit, verbi gratia, quòd sit acceptor personarum, autor vel occasio peccati, Gen. 3. v. 5. *Secundò*, cùm à Deo removemus, quod ei convenit, ut si neges omnipotentem, curare salutes hominum &c. Gen. 4. v. 13. (2 Tim. 3. v. 5. 2 Pet. 3. v. 4.) *Tertiò*, cùm creaturis tribuimus, quæ DEO competunt, quod faciunt idolatræ. *Quartò*, qui divina indignè tractant verbo vel factò.

## LXXXII.

Sed subsumimus: Ergò non tantùm animo, sed etiam verbis, gestibus & factis multa Papistarum & Calvinianorum dogmata detestari debemus.

## LXXXIII.

Si hoc: Ergò non sufficit zelo Christiano, præsertim Theologi & ministri verbi, ut cordis dissensum ab improbis dogmatibus cum gloria DEI pugnantis, integrum retineat. Cætero quin autem hæressis propagari sinat, os & calamùm à contradictione publica cõhibeat, & tranquillam fraternitatem cum adversariis colat: quod tamen, sub Schemate pacificationis Christianæ & summe necessariæ, subinde flagitatur.

## LXXXIV.

Consequentix & accommodationis ratio est illa, quia juxta omnes quatuor species blasphemix, tum Papistæ tum Calviniani, ex publica doctrina, confessionibus & libris, ἐν αὐτοφώρῳ deprehenduntur. Demonstrationem plenissimam & ocularem exhibent Disputationes D. Joh. Gerhards recentissimæ, quibus ostenditur, quemadmodum à Papistis, Calvinianis & Photinianis gloriæ DEI detrahatur: ad quas auditores meos remitto.

## LXXXV.

Obiter tantùm illa exempla indigito. Juxta speciem <sup>1</sup> *Papiste* DEO tribuant, quòd vel, non vel difficilimè, absq; intercessione Sanctorum, exaudiat; quòd satisfactiones operum & passionum propriarum à singulis peccatoribus exigat, non contentus satisfactione Christi: *Calviniani* verò per dogma de absoluto decreto DEUM faciunt προσωπολήπτῳ, hypocritam, mendacem, autorem peccati. Juxta <sup>2</sup> *Jesuite* pariter & *Calviniani* denegant Christo homini divinam majestatem & adorationis cultum: Et *Calviniani* in sua sententia perseverant, DEUM universà sua po-

blasphemix  
e juxta  
Costerum.

Falsa dogmata  
scriptis  
detestari  
debemus.

Papiste &  
Calviniani  
Deum  
blasphemant.

tentia non posse efficere, ut verum corpus humanum pluribus in locis invisibiliter præsens sit. Juxta <sup>3</sup> *Papiste* Sanctis tribuunt cultum invocationis, qui soli DEO debetur, Matth. 4. Psal. 50. Et *Calviniani* suæ fidei tribuunt, quòd in cælum subvolare, & absentia sibi coràm siltere debeat: omnipræsentiæ autem Christo homini denegant. Juxta <sup>4</sup> Indignè sacra tractant *Papiste*, cœnam Domini in missam & theatricam pompam transformant: justitiæ fidei, seu justitiæ Christi per fidem imputatam, amentissimam insaniam Andrædus; spectrum cerebri Lutherani Stapletonus; Evangelium nostrum quintum Evangelium, cæcævangeliū à Sarana profectum; fidem, ab omni pietate remeram fiduciam vocant. *Calviniani* etiam panem Eucharisticum in nostra cœna, doctrinam de omnipræsentiæ Christi pessimis titulis infamant, quæ omnia huc referre non libet.

## LXXXVI.

De concupiscentia.

*3. 1. 2. gaud.*

Ex verbis Christi: *quid cogitatis mala in cordibus vestris?* estimare possumus, quid de mala concupiscentia, adhuc intra cogitationes velutata & nondum ad externas actiones emissa, sentendum sit.

## LXXXVII.

Triplex autem est illa concupiscentia, si accuratè velimus distinguere, <sup>1</sup> prava inclinatio corruptæ naturæ quæ etiam in renatis nondum prorsus expurgata est, & habitualis vocari solet. <sup>2</sup> Ex hoc malo fomite oriuntur subinde inordinati motus, desideria & cupiditates, sed sine consensu & malo proposito. <sup>3</sup> impetus cupiditatum jam per consensum & delectationem quasi bulliens, & in varias machinationes incumbens.

## LXXXVIII.

Adultinum genus pertinent cogitationes malæ Pharisæorum, quæ pessimas & excessu moralium peccatorum, super quæ venit ira Dei, fuisse, nemo sanus negaverit. ideo etiam Christus eas in lucem produxit, & zelum suæ detestationis opposuit.

## LXXXIX.

In tales incidere posse & solere etiam regeneratos, propter experientiam testantur dicta, Col. 3. v. 5. Rom 8. v. 13. Gal. 5. v. 17. præcipuè locus Petri 1 Pet. 2. v. 11. *Dilecti, obsecro, tanquam advenæ ac peregrini, abstinete à carnis cupiditatibus, quæ militant adversus animam;*

## XC.

Quando igitur renatus talibus concupiscentiis impenitenter indulget, certè maledictionem DEI incurrit, Exod. 20. Deut. 27. v. ult. gratiam & Spiritum Sanctum amittit: quia super talia venit ira DEI, Col. 3. v. 6. Ubi non licet excipere, comminationem hanc pertinere *ad filios incredulitatis*, quia cupiditatibus indulgendo ex fideli fit infidelis, nisi fortè venialiter renatis scortari liceat, cum scortatio & prava cupiditas conjugantur.

## XCI.

Pessimè igitur statuunt Papistæ, concupiscentiam cum delectatione, consensu & prosecutione intentionis, in renatis esse quidem peccatum, sed ex sua natura veniale? Incogitans pronuntiatum est à concil. Trid. sess. 5. *In renatis NIHIL odit Deus.*

## XCII.

Non minùs autem errant, quando de duobus prioribus gradibus concupiscentiæ docent, & dogma mordicus defendunt, quod rationem propriè dicti peccati non habeant.

## XCIII.

Uc enim taceam, à Paulo humilima cum querela de sua miseria, peccatum aliquoties sine omni limitatione dici, Rom. 7. & præceptis Decalogi *ἐπιπλῆς* omnem concupiscentiam prohiberi: pro occasione nostri textus tantùm illud urgemus, quod malus fomes in corrupta natura, & inde excitati primi motus per se irritent ad consensum & perducant ad actualia peccata.

## XCIV.

Quicquid autem per se ducit ad peccatum per legem DEI damnabile, & quod charitas sincera aversatur: Illud ipsum etiã peccatum propriè dictum est coram DEO, sed concupiscentia originalis, in renatis adhuc hærens per se ducit ad peccatum damnatione dignum, & à charitate declinatur. Ergò. Ex corde procedunt concupiscentiæ seu cogitationes malæ, Matth. 15. v. 18. & arbor bona esse nequit, quæ malos fructus producit, Matth. 7. v. 18. Charitas non cogitat malum, 1 Cor. 13. v. 5. & concupiscentia quemlibet irritat ad peccandum, Jac. 1. v. 14.

## XCV.

Excipit Costerus, p. 528. *Nota, quòd non omnes cogitationes, sed ille tantùm, quæ in corde sunt, reprehendantur; neq; enim dixit Christus, ut quid cogitatis mala, sed quid cogitatis mala in cordibus?*

Concupiscentia cum consensu non est veniale peccatum.

Concupiscentia originalis est peccatum. *vid. Rom. 18. Tr. d. 70. p. 71.*

Exceptio Costeri.

## XCVI.

Verum nos respondemus, omnem pravam concupiscentiam residere *in corde*, non in carne seu massa carnea tantum, ut pontificii prætendunt: Si negant in mente hæere cogitationem malam, quatenus mens distinguitur à corde, cur dicit Paulus *πᾶν ἡἰσῶν ἡμῶν ἐστὶν ἐν τῷ καρδίᾳ* esse inimicitiam adversus DEUM, Rom. 8? Stapletonus in prompt: Catholica (ut in proxima disputatione indicatum) concedit *κατὰ τὴν ὁμολογίαν, malam concupiscentiam pugnare cum magno, præcepto: dilige Deum ex toto CORDE* Ergò omnino cordis vitiosus affectus est, & facit quò minus cor sit totum & sincerum erga Deum.

## XCVII.

Quando Christus cogitandum proponit: *utrum facilius sit remittere peccata, an paralyticum sanitati restituere?* satis innuit, non tantum ejusdem autoritatis divinæ, sed ferè majoris difficultatis esse, gratiã gratiam peccatori conferre, quàm omnipotentis opera exere.

## XCIIIX.

Facit hæc consideratio ad penitentiorem æstimationem beneficiorum spiritualium, qualia sunt regeneratio, renovatio, remissio peccatorum, fidei lucta adversus carnem, firma consolatio adversus tentationes, spes vitæ æternæ &c. Ne secundum judicium carnis, bonis terrestribus, imò cælo & terræ, ea præferamus.

## XCIX.

Nos verò elenchum inde elicimus adversus Pneumatomachos: Si remittere peccata, remissionem peccatorum applicare, illuminare, convertere, regenerare & renovare, sunt opera divinæ majestatis, utiq; demonstrant, Spiritum S. verum & omnipotentem esse DEUM. Ratio Conf. Quia talia opera ad Spiritus Sancti officium propriè pertinent: Sed prius verum, E. etiam posterius, C.

Pro deitate Christi.

97. p. 84  
1. p. 104  
p. 99.

Et sanè Dominus & Salvator noster hac ipsa ratione divinam suam majestatem demonstrare voluit, quòd non nudus homo sit, ex communi hominum vel prophetarum grege.

## CI.

Id autem fecit, non uno, sed triplici argumento, quando palam significavit, sibi etiam cogitationes cordium non esse absconditã, unde concludimus: *Qui scrutatur corda, est verus DEUS,* Psal. 7.

Pfal. 7. v. 10. Psal. 94. v. 9. Jerm. 11. v. 20. Act. 1. v. 24. 1 Cor. 2. v. 11.  
Sed Christus scrutatur corda, Matth. 9. v. 4. *vidit cogitationes im-*  
*piorum scribarum v. 2. vidit fidem paralytici & bajulorum.* Adde  
Joh. 1. v. 47. c. 2. v. 24. Apoc. 2. v. 23. aliàs non posset esse iudex vi-  
vorum & mortuorum, Act. 17. v. 30.

## CII.

Ubi Lectori pensitandam propono intempestivam à *uipi Beav*  
& glossam Beza, qua per indirectum jugulatur nostra assumptio,  
quasi in gratiam Photinianorum is conductus esset: *Vidit. h. e. ma-*  
*nifesto signo cognovit*, in subsidium adducto loco Exod. 20. v. 18.  
ubi populus vidisse voces legitur (In Annot. N. T.)

## CIII.

Sic enim Christo tantum conjecturalis notitia ex signo ex-  
terno, non ipsum immediatum & omiscium scrutinium cordis,  
hoc loco concederetur. <sup>2</sup> Et nihilominus impertinens & dissimi-  
le est exemplum ex Exodo allatum; Ubi non dicitur populus vidisse  
clamores, sed tonitrua & lampades & clamorem, non certè, ut per  
signa, sed tanquam immediatum objectum, vocabulo videndi per  
Hebraismum pro cognitione adhibito.

## CIV.

*Alterum* argumentum est: Qui remittit peccata (scilicet  
jure, non in nomine alieno, sed propria autoritate) is est verus  
DEUS: Atqui Christus remisit peccata paralytico. Ergò. Majoris  
veritas ipsis Phariseis, tanquam indubitatum principium, pro  
confesso erat, quemadmodum etiam reliqui Evangelistæ, Marc. 2.  
v. 7 Luc. 5. v. 21. Cogitata eorum annotarunt: *quis potest remitte-*  
*re peccata, nisi solus Deus?*

## CV.

Minorem Dominus non modò ipso facto executus est, re-  
mittendo paralytico peccata, sed etiam hanc suam potentiam in-  
signi miraculo demonstravit: unde *tertium*, argumentum prodit:  
Qui propria virtute edit miracula, est verus DEUS, Psal. 72. v. 18.  
2 Reg. 5. v. 7. Joh. 3. v. 2. Christus nunc & aliàs sæpe, propria virtu-  
te, videlicet ad ostendendam gloriam SUAM Joh. 2. miracula edi-  
dit: Ergò est verus DEUS.

## CVI.

Cumq; talis majestas & potentia soli divinæ naturæ illius  
essentialiter propria sit, postquam tamen in unitatem personæ hu-  
manam

Pro ma-  
jestate

hum. natura in Christo.

manam naturam assumpt, simul in realem communionem suæ potentia admisit, ideoq; ut aliàs, ita nuhc quoq; *ut filius hominis* & peccata remisit, & paralyticum sanitati restituit, *ψ. 6.*

CVII.

Nota verba Pelargi.

Placet hic annotare verba D. Pelargi, quæ huic loco annotavit, dum ipsi melior sententia stetit; *Maximum*, ait, *humanitatis* εν τῷ λόγῳ *exaltata argumentum hoc, quod Filio hominis divina hac asseritur tributa potestas remittendi peccata: unde Non Possumus Non Βελτίωσιν carnis assumptæ, & ὑπερψῶσιν affirmare reverenter atq; predicare decenter* (Quæst. in Matth. fol. 113, 6.) utinam autem in ista reverentia decente perstitisset!

CVIII.

Christus, quæ homo, adorandus.

Nos non immeritò, imò cum debita reverentia, urgemus hunc locum etiam pro asserendo cultu adorationis, qui una & indivisa latria ad DEUM & hominem Christum dirigendus est: Qui habet potestatem remittendi peccata, ille est adorandus etiam gemmitibus cordis, Matth. 6. *ψ. 12.* Psal. 130. *ψ. 4. & 7.* Sed *filium hominis* (certè non exclusà naturà, per quam in unitate personæ, filius hominis est) habet potestatem remittendi peccata. E.

CIX.

Contra purgatorium.

Additionem illam: *IN TERRIS* Theophylactus in cap. 5. Lucæ, diligenter observavit, & ad hanc necessariam doctrinam accommodavit: *Quamdiu super terra sumus, delere licet peccata nostra: at postquam è terra migraverimus, non ultra nobis superest spes veniæ, neq; penitentiæ & confessionis amplius.*

CX.

Ipse Costerus malè sentiens tamen benè loquitur: *Nota, quod dicit in terra: hic enim locus est misericordiæ in futuro justitiæ. Vide ergò ut hîc peccatorum remissionem consequaris, Deoq; per sacramenta placeas.*

CXI.

Nos verò inde inferimus: Ergò nullum est purgatorium pro delendis peccatis post hanc vitam: Ergò frustra *Pistorius* Apostata in suo hodegetico, à pag. 561. usq; ad pag. 570. pro adituendo purgatorio urfit locum Matth. 12 per hanc hypothèsin (quam tamen Costerus verbis modò allegatis & ipsa veritas annihilat) *Quicumq; distinguit, adeoq; disjungit præsens seculum & futurum & dicit, neq; in hoc, neq; in illo remitti peccatum in Sp. Sanctum: Is, nisi*

*Is, nisi pueriliter & inepte loquatur, innuit REMITTI quedam alia peccata, tum in hoc tum in futuro seculo.*

## CXII.

Dico hypothefin falsam esse, & ex verbis Christi: *neq; in futuro seculo remittetur*, malè inferri: Ergò alia peccata remittentur. <sup>2</sup> Vulgò frequenter utimur simili exaggeratione: *neq; hodie, neq; in æternum hanc rem demonstrabis*: Quis autem ferat concludentem? Ergò in æternum alias quasdam res demonstrabis, seu in futuro seculo erit denuò disputandi & demonstrandi locus?

## CXIII.

Sunt qui hac quoq; ratione urgent vocabulùm: *in terra*: In terra, non in celo, est locus remittendi peccata: Sed filius hominis habet potestatem in TERRA remittendi peccata: Ergò filius hominis, quia homo, non abest ab his terris à potestate clavium; eumq; salutaris manducatio carnis & bibitio sanguinis ipsius debeat cedere in remissionem peccatorum, corpus & sanguinem suum, non in cælis, sed in his terris exhibet cum pane & vino, sicut semel instituit, Matth. 26. & Johannes sanguinem testem in terra constituit, Joh. 5. v. 8.

## DE ABUSIBUS.

## CXIV.

Evangelista quasi ἀφορμῶν, quâ Christus faciliorem & promptiorem sese exhibuerit in sanitate paralytico miraculosè restauranda, istis verbis indicavit: *cum vidisset fidem eorum*: hæc autem quatuor abusibus video à Papistis depravari.

## CXV.

Primò Costerus ita statuit: *Nulla fit mentio charitatis illum, quæ tamen magna erat: sed fidei, quia charitas meretur, fides verò impleverat.*

## CXVI.

Mira profectò assertio & connexio. <sup>1</sup> Ideòne tacenda fuit charitas, quia promeruit remissionem peccatorum & miraculum? nonne exprimenda potiùs, ut aliis quoque stimulum adderet? <sup>2</sup> Nos charitatem in paralytico non negamus: rectiùs autem ita præsumimus: Si fides impetravit, Ergò sola impetravit, & charitatis mentio ideò fuit prætermissa, quia in impetrando beneficio nullus illius usus fuit. <sup>3</sup> Unde neque Christus manda-

*Pro præsentia Christi in terris.*

*Abusus ad meritum charitatis.*

mandavit: dilige me fili mi, sed *confide*, remissa sunt tibi peccata. quemadmodum aliis quoque opera (licet veram & vivam fidem comitentur) tamen ab illo officio fidei, quando debet impetrare remissionem peccatorum, justificationem & salutem, accuratè sequestrantur, Rom. 3. Gal. 2. Eph. 2.

## CXVII.

In gratiam Costeri hæc quoque subijcimus: Si fides impetrat: cur concilium Tridentinum tribuit fidem Catholicam & Christianam etiam fornicariis, quorum tamen fides, quæ talium, nihil impetrare potest? Joh. 9. v. 31. Esa. 1. v. 16. 18. c. 59. v. 2. Col. 3. v. 6.

## CXVIII.

Secundò inde confirmant suam thesin, quòd aliena fides ex gratiâ fidejussorum in baptismo, infanti ad salutem cedere possit: quemadmodum Cent. Magd. 12. col. 835. nominatim mentionem fecit Petri Cluniacensis, quòd suo tempore ita argumētatus sit: *Ecce portatorum fides paralytico impetrat sanitatem, Ergò aliena etiam fides salvat infantes.*

## CXIX.

Resp. Negatur antecedens: Quando enim Christus vidit fidem eorum, secundum Chrysostomum & alios, non tantum bajulorum, sed etiam ipsius paralytici, qui se ad Christum portari non siverat nisi unanimi cum portatoribus fiducia auxilium à Christo sperasset: Ideo, ut hanc fidem erigeret, sustentaret & confirmaret, dixit ad eum, confide fili mi.

## CXX.

Quòd ut per se manifestum est: ita testimonium veritatis ipsi Costero Jesuitæ extorsit, qui scribit: *Nota Christum non attendisse solam portantium fidem, sed ipsius infirmi quoque, qui portari se permiserat, & cum tanto periculo demitti. Si aliorum orationibus juvari vis, cum eis ora & cooperare. Orabant pro Chananea Apostoli, sed cum Ipsa accessit, tunc obtinuit. Vis carbonem accendi in medio aliorum carbonum pone, qui ardeant. Communica sanctis non corpore solum, sed orationibus & exercitiis spiritualibus, &c.* Conc. part. 1. pag. 524.

## CXXI.

Etiam si quis cum Hieronymo & glossa interlineari particulam eorum determinatè ad bajulos tantum referre velit, non tamen cogereetur admittere ineptam illationem: Christus vidit bajulorum fidem, Ergò fidem paralytici non vidit vel invenit.

*Abusus ad salutem infantum per alienam fidem.*

## CXXII.

Plura autem vitia insuat Pontificiæ subductioni de salute ex fide aliena speranda. <sup>1</sup> contradicit expressæ regulæ: *Iustus ex sua fide vivit*, Habac. 2. v. 4. Qui non credit, damnatur, Joh. 3. Marc. 16. <sup>2</sup> procedit à corporalibus beneficiis ad Evangelicæ, spiritua- lia & æterna: *Etsi enim aliena fides nondum credenti sanitatem & simile quid impetret, nondum tamen sequitur, æternam salu- tem tali impetrari vel conferri posse, sine propria fide: Et si qui corporalia beneficia, per aliorum intercessionem, interdum à Christo acceperunt absq; propria fide, dubium tamen nullum est, eosdem, si non omnes, tamen aliquos, tali beneficentiâ excitatos, postea doctrinam Christi secutos & per meliorem institutionem veram fidem assecutos esse* <sup>3</sup> Inprimis notandum, quòd Christus paralyticum expressè iussit confidere: *Ergò per propriam fidem debuit illud facere.*

## CXXIII.

*Tertio, ex eodem fundamento adversarii Romanenses com- munionem meritorum inter sanctos (h. e. quòd unius bona opera meritoriè coram DEO ad gratiam impetrandam commodent aliis) adstruere, & deinceps invocationem sanctorum defuncto- rum superstruere conantur,*

## CXXIV.

Sic enim Costerus pag. 522 *Infirmo profuit fides portantium: Inveniamur enim aliorum operibus bonis propter Sanctorum, quam in Ecclesia credimus & tenemus, communionem. Participamus de omnibus bonis in Ecclesia, à quocunq; tandem ea fiant: Sicut in corpo- re humano membrum nullum sibi soli agit, sed homini toti, &c.*

## CXXV.

Ad invocationem sanctorum talis est accommodatio Barra- dii Tom. 2. p. 337. *Quatuor portatores paralyticus habuit: nos multo plures haberi possumus: Igitur ex cali incolis aliquos nobis vectores comparemus, quos peculiari animi devotione colamus: Et post pauca: Videns Dominus fidem portantium paralyticum, sani- tate illum donavit: audiens sanctorum preces nobis quoq; tum ani- mæ tum corporis salutem largietur.*

## CXXVI.

Resp. <sup>1</sup> per ἄμματα μέγα Jesuitæ extra dubitationem ponunt propriorum operum merita: Nos verò dicimus: rei non existen- tis nulla

*Abusus  
ad pro-  
banda me-  
rita San-  
ctorum  
pro aliis.*

*Abusus  
ad invo-  
cationem  
Sancto-  
rum.*

tis nulla sunt accidentia : Sanctorum merita nulla sunt coram DEO, sed ipsi debitores manent in æternum : Ergo nulla talium meritorum mutua participatio est. <sup>2</sup> Communio Sanctorum, quam in Symbolo profitemur, longè aliter explicatur ab Apostolis, nempe quia in eodem Spiritu sanctificationis & charitatis eadem beneficia caelestia participamus. Eph. 4. v. 4. 5. <sup>3</sup> Intercessio Sanctorum in hac vita certa, & expressis mandatis ipsis injuncta est, Jac. 5. v. 14. 1 Tim. 2. v. 1. 1 Joh. 5. v. 16. De sanctis in æterna beatitudine, deprecationem pro nobis tantùm generalem, non nisi pio affectu, cogitamus. <sup>4</sup> Certa sit illorum intercessio, nos tamen non ipsos, sed solum DEUM invocare debemus, Psal. 50. Ipsi ignorant nostras necessitates & preces in specie, Esai. 64. <sup>5</sup> Nostra regula optimè consulit: Si cui vestrum deest, postulet ab eo, qui dat. nempe Deo, omnibus benigne, Jacob. 1. Hic à nobis invocatus portatores angelos & alios amicos rectissimè nobis procurabit, Gen. 32. Luc. 16. Psal. 91. Prov. 16. v. 7.

## CXXVII.

*Abusus  
ad disposi-  
tionem  
meritori-  
am.*

Quartò Bellarminus vult evincere, spem obtinendæ veniæ esse dispositionem ad justiciam, ideòq; non fidem solam, sed unã cum præcedentibus dispositionibus (quarum septem numerat) justificare coram DEO. Ita enim scribit, lib. 1. de justif. c. 13. Non (ut quidam falsò docent) prius Dominus paralyticum justificavit, quàm ei diceret, confide fili: Sed contrà (ut concil. Trident. significat sess. 6. c. 6.) prius dixit, Confide Fili, & cum eum erectum in SPERM salutis vidit, adjunxit: remittuntur tibi peccata tua.

## CXXVIII.

Resp. <sup>1</sup> Disploditur tota structura particulæ græcæ à *φίσις* remissa sunt : quam Vetus translatio in præsentem reddidit. <sup>2</sup> Certè, si jam remissa erant peccata, etiam jam tum justificatus erat. <sup>3</sup> non spem de accipiendâ, multò minus per dispositiones promerendâ remissione excitavit, sed fidem de accepta confirmavit, ne dicam sperare & confidere stylo scripturæ esse firmiter credere promissionibus DEI. Si in spem erexit, Ergò credentem, quia fidei fructus est solida spes, Rom. 5. v. 2. Heb. 11. v. 1.

CXXIX. In genere sciendum, remissionem peccatorum considerari vel ut fit, vel ut facta est: priori modo simul est cum justificatione, quæ in ipsa remissione peccatorum consistit: posteriori modo sequitur fidem justificantem, sed ordine præcedit fidem eam, quã credimus remissionem jam factam esse, (Meissn Anthropol. di sp. 29. th. 20.)

## CXXX.

Porro idem Bellarminus, lib. 3. de justif. c. 11. ratione 5. pro vindicanda dubitatione pontificia ita differit: *Dominus non iussit homines credere fide catholica, sibi peccata esse remissa, sed tantum CONFIDERE: quod ipsum catholici omnes dicunt, quippe qui sciunt, fidem & fiduciam non esse idem, & posse hominem confidere, sibi remissa esse peccata, etiamsi ex parte intellectus non habeat ejus rei certitudinem absolutam.*

*Abusus  
ad dubi-  
tationem*

## CXXXI.

1. Contra falsam notitiam Catholicorum nos certi sumus, fidem esse ipsam fiduciam, quod alibi demonstratum, & à quibusdam Pontificiis scriptoribus concessum est (vide Gerh. Tom. 3. p. 1151.) 2. ut modo dictum est, per imperativum *Confide* Dominus ipsam fidem paralytici excitationem reddidit, juxta clarissima verba: *remissa sunt tibi peccata, cum spes futuram remissionem debuisset expectare.* 3. merus fucus est Bellarmini, quando ex sententia Catholicorum faretur, omnes fideles debere confidere, cum revera ipsis *confidere sit dubitare*, seu ejusmodi spe lactari, ut semper tamen cogites, posse subesse falsum, & de affectione maneat incertus.

*fides est fiducia  
de. q. 177. p. 206. d. 21. p.*

## CXXXII.

Quomodo illudatur simplicibus, & timer pius censor ex collatione hac: Bellarminus, lib. 3. de justif. c. 1. statum controversiæ sic format: *Utrum debeat, aut possit aliquis sine speciali revelatione certus esse, certitudine fidei divine, cui nullo modo potest subesse falsum, sibi remissa esse peccata?* & deinceps negativè concludit per aliquot capita magno conatu. Nihilominus, c. 11. col. 867. exclamat: *Dico, nullum esse catholicum scriptorem, qui doceat, oportere homines perpetuò dubitare, & hesitare de sua cum Deo reconciliati-  
one, Fraus latet in hypothesi: Falsum est (ait Bellarm. capite eodem col. 864.) neq. possunt adversarii ullum argumentum, in speciem solidum, proferre, remissionem peccatorum sive justificationem uniuersusq. ad fidem propriè dictam pertinere.*

*Crestra-  
tio facta  
contraria.*

## CXXXIII.

Abeas ergo & jam Coltero fidem habeas in verbis supra allegatis; & ex presenti exemplo paralytici deductis: *Fides impetrat*, nempe remissionem peccatorum: Si juxta Catholicos nullo argumento in speciem solido probari potest, remissionem peccatorum ad fidem pertinere.

## CXXXIV.

Nos simpliciter docemus Christianos, eisq; humiliter *ἐπιτα* verbi attendentibus facile persuademus, Christum non suasisse paralytico dubitationem ullo modo, sed potius datō studio eam oppugnasse, ut firmiter crederet fide divina (ut appellare Bellarmino visum est) cui nihil falsi subfit, sibi certò remissa esse peccata.

## CXXXV.

Quemadmodum etiam aliàs rō credere & fidem habere, & hæsitare, dubitare, in suspenso esse, pro oppositis habentur, Jac. 1. v. 6. Luc. 12. v. 29. in ipsa fide, Abrahæ Rom. 4. v. 20. quam pro exemplari omnis fidei justificantis Paulus commendat.

## CXXXVI.

Sed ad alia progrediamur; & proximè ad illud, quod Christus non solum immediatè paralytico, tanquam dilecto filio remissionem peccatorum impertivit, sed istam potentiam sibi solenni prorestatione & divino miraculo vendicavit, quòd *Filius hominis habeat potestatem remittendi peccata*. Nam hic quoq; quadruplex abusus occurrit.

## CXXXVII.

*Abusus  
Novatianorum.*

Primò Novatiani sic colligebant: *Soli Deo potestas remittendi peccata reservanda est; Ergò lapsis post baptismum, vel nulla venia, vel à solo Deo, non autem à sacerdote, expectanda est.*

## CXXXIIX.

Non autem valet consequentia, quia authentica remissioni, quæ à Deo in cælis fit, Matth. 16. opponitur ministerialis remissio, quæ ministris Evangelii commissa, Joh. 20. 2 Cor. 5. Matth. 18. Non opposita, sed subordinata est: imò ipsius *Dei remissio est*, qui per suos legatos reconciliat, 2 Cor. 5. v. 20. Si vis aliqua consequentiæ esset, tota potestas clavium, contra expressam institutionem Christi, Joh. 20. abrogaretur, & venia, non tantum lapsis post Baptismum, sed omnibus peccatoribus apud sacerdotes intercluderetur.

## CXXXIX.

Saniori mente in nostro Evangelio verba Christi auscultavit Turba quam observare & sequi Novatiani debuissent, Christus dixerat: *Filius hominis habet potestatem remittendi peccata: populus ad ordinationem ministerii & totam Ecclesiam accomodat, Deumq; celebrat, quòd dedit talam & 20' av HOMINIBUS.*

## CXL.

Deinde, quia remittere peccata est solius DEI, Zwinglius in lib. de vera & falsa Rel. conclusit, *Sacramenta non posse justificare* (referente Bellarm. lib. 2. de effect. Sacr. c. 9.) Et Ianc Nahum, ex sententia aliorum Calvinianorum colludit *Sacramenta*, inquit, *si quis simpliciter peccata remittere existimet, cum Papa turpiter errat. Universa scriptura & omnes pii patres de sacramentis ita docent, esse in illis duas distinctas res, signum externum & rem signatam. Signum peccata non remittit, sed res signata, quæ Christus est, SOLA fide percipiendus: Neq; enim latet Christus in externis sacramentis.* In conc. pag. 767.

*Abusus contra efficaciam sacramentorum.*

## CXL I.

By. 1. Iterum pessimè opponuntur subordinata, Christus, Sacramenta & fides, causa efficiens principalis, organica confrens, & accipiens. 2. Nos ignoramus diversa sacramenta interna & externa, sed humili simplicitate veneramur bonitatem Dei, qua se ad nos dimisit, & gratia suam cælestem per huiusmodi institutos ritus dispensare voluit. Neq; in re cælesti, neq; in elemento externo, sed in utroq; cōiunctum & sacramentaliter unitis, consistit efficacia Sacramenti. 3. Opponimus πῦρόν scripturæ: mundatur Ecclesia lavaero aquæ in verbo, Eph. 5. aqua baptismi salvat nos, 1 Pet. 3. edite, bibite (nempe ore, quo & panem atq; vinum percipitis) hoc est Corpus & sanguis meus, traditus in remissionem peccatorum.

## CXL II.

Christus non latet quidem in Sacramentis visibiliter interra administratis, nempe locali occultatione & στυγία: reverà tamen Sacramentis invisibilis majestate & præsentia tam propè adest, quàm sacro sancto ministerio, per quod remitti peccata Nahum concedit, neq; tamen facillè dixerit, Christum in illo latere.

## CXL III.

Tertio idem Nahum insert: *Remissio peccatorum est constans Dei propositum, & voluntas memoriam omnem peccati panæq; eius depouendi, & justitiam Christi propter satisfactionem ipsius gratis donandi. Ergo semel data non iterum fit irrita: alias consilium constans non esset, & mutaretur.* (In Conc. pag. 768.)

*Abusus, quod renati nequeant amittere gratiam.* 2437. p. 228.

Q

## CXLIV.

Resp. Tum demum valeret consequentia, si Deus vel absoluto decreto remissionem peccatorum impertiret, vel proprio arbitratu semel donatam retractaret. Neutrum autem facit: Nunquam retractat, 2 Tim. 2. v. 13. Esa. 54. v. 10. Osee 2. v. 19. Neque absoluto nutu agit, sed certo ordine & cum conditione penitentiae & perseverantiae, Psal. 13. v. 26. 2 Tim. 2. v. 12. Rom. 8. v. 13.

## CXLV.

Vel solum dictum Ezechielis 13. v. 24. retunderè potest adversarium: Si aversus fuerit justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas fecit impius, nunquid vivet? Omnes justitiae ejus, quas fecit, non commemorabuntur: propter praevaricationem suam, qua praevaricatus est: & propter peccatum suum, quo peccavit, propter ipsa morietur. Adde simul locum Jerem. 18. v. 7. 8.

## CXLVI.

Non tamen ideo mutabilis constituitur vel Deus vel voluntas ejus, etiamsi decies uno die vel conferret vel adimeret suam gratiam, <sup>1</sup> quia repellitur ab homine, qui promissis & pacto non stat, <sup>2</sup> quia aeterna ejus voluntas alia nunquam fuit, quam quod velit propter Christum solis penitentibus peccata condonare. & condonationem hanc paternè continuare, dum fidelis manet semel in gratiam receptus, Matth. 10. & 24. Apoc. 2. v. 10. Heb. 10. v. 35. & seqq.

## CXLVII.

Itanè Deus mutabilis factus est in sua voluntate & decreto, quando Adamum condidit in sanctitate perfecta ad immortalitatem, & tamen postea in peccatum prolapsum morti adjudicavit? Itanè mutabilis redditur Deus, qui onus crucis imponit, & suo tempore iterum tollit, Psal. 69. v. 20?

## CXLVIII.

Abusus, quod solis Ecclesis peccata remittantur. Ex hoc fonte promanat etiam quartus abusus ejusdem Thomae p. 769. Applicat hanc remissionem Spiritus Sanctus etc. Unde intelligitur remissionem peccatorum esse non omnium, sed tantum electorum filiorum Dei: propterea dicitur hic: Christus viacens fidem eorum, dicit paralytico, Confide FILI, remissa sunt TIBI peccata tua.

## CXLIX.

Si hoc tantum vellent hæc verba, quod impii, in secura peccandi licentia, absq; contritione & fide, perseverantes, sibi propria anima & persona nullam remissionem peccatorum polliceri debeant aut possint, licet Christus patiendo remissionem peccatorum satis preciosè emerit: nullam reprehensionem incurrerent. Agnoscimus enim & docemus ipsi, nemini prodesse meritum acquisitum, nisi per veram fidem singuli sibi applicent.

## CL.

At verò, quia<sup>1</sup> pro filiis ad remissionem admisis tantum Electos habet,<sup>2</sup> & jam ante pronunciauit, semel collatam remissionem peccatorum nunquam irritam fieri: sive verba de oblatione, sive de collatione seu applicatione remissionis gratuita accipiantur, à veritate discrepant.

## CLI.

Nam quoad oblationem, ut Christus verè totius mundi peccata, tulit, Esa. 53. Joh. 1. & pro omnibus hominibus mortuus est, 1 Joh. 2. v. 1. 2. ita per promissiones Evangelii universales, omnibus & singulis suam gratiam, remissionem peccatorum & vitam æternam offert, Ezech. 33. v. 11. Matth. 11. v. 28. Joh. 3. v. 16. 1 Tim. 2. v. 4. 2 Pet. 3. v. 9.

## CLII.

Si quoad collationem ea obtingit primò omnibus infantibus baptizatis, quia Christum induerunt, Gal. 3. v. 27. & præterea omnibus verè in Christum credentibus per fidem obtingit, etiam si neq; ad finem perseverent, nec vitam æternam assequantur, 2 Pet. 2. v. 20. 21. Heb. 6. v. 5. 6. c. 10. v. 29. 30.

## CLIII.

Sicut igitur seges verè seges est & manet, antequàm æstu solis exuratur & flaccescat, Luc. 8. Sic renati tales, post adeptam remissionem peccatorum, filii Dei verè sunt, donec iterum degenerent & exheredationem denuò adversus se provocent, filii, inquam sunt, licet non tam v. 101. sicut perseverantes, qui per æternam electionem Christo peculiariter dati sunt, Joh. 17.

## CLIV.

Ultimo loco discutienda venit dissertatio Nahumi super eo, quòd Christus potestatem remittendi peccata, ex potestate edendi miracula; ex utraq; autem divinitatem suam demonstravit, p. 757.

Q 2

Duo

Abusus  
adversus  
communi-  
cationem  
idiomatū.

Duo namq; elicit: <sup>1</sup> *Attributa Deitatis non divelluntur à se invicem, & unum qui habet, ei omnia reliqua rectè tribuuntur.* <sup>2</sup> *Item: Christus ex proprietate divina una evincit, se esse Deum: unde colligere promptum est, quid sit judicandum de us, qui humanitati divinas adscribunt proprietates: certè hoc nihil aliud est, quam Christi carnem Deificare.*

## CLV.

Ad posterius dicimus, <sup>1</sup> à termino deificationis, in sano & singulari huic mysterio conveniente sensu, Patres olim non abhorruisse: Sicut enim DEUS homo factus est, ita etiam homo factus est DEUS, per arctissimam unionem, per realissimam communicationem naturarum, absq; ulla confusione & permutatione.

## CLVI.

<sup>2</sup> Sin per glossam Calvinianam obrudatur sensus Eutyriani, non facimus istum nostrum: neq; consequentia valet, nisi simul scripturam ipsam accusare velis, quæ filio hominis adscribe OMNEM potestatem in cælo & terra, Matth. 28. nomen superomne nomen, Phil. 2. potestatem super omnia imperia, Eph. 1. dominium super omnes creaturas, Psal. 8. ipsamq; carnem Christi vivificare æternum, & sanguinem ejus expurgare omnia peccata, docet, Joh. 6. 1 Joh. 1. Adde Apoc. 1. v. 13 c. 5. v. 5.

## CLVII.

Quando autem humanitati Christi, neq; per se, neq; seorsum, sed tantum in & propter unionem naturarum hypostaticam, divina idiomata tribuuntur, ideò videlicet, quia λόγος caro factus est, & Dominus gloriæ humani sanguinis particeps factus est, Joh. 1. Heb. 2. hoc ipso constat, quod neq; confusionem neq; exæquationem humanitatis cum Deitate invehamus, sed ex in comparabili hac gratia inhabitati templi, rectè ad æternam majestatem personaliter inhabitantis (quæ ipsi non ex gratia, non in tempore, sed per se competit) assurgamus & concludamus.

## CLIX.

Prius πρῶτον spectat ad vulgatum Calvinianorum argumentum, quo realem communicationem idiomatum jam diu oppugnarunt: Attributa divina vel omnia vel nulla communicata sunt humanæ naturæ in Christo: Sed non omnia communicata sunt: Ergò nulla. Ratio consequentiæ in majori, jam est data, quia indivisè omnia idiomata coherent, imò sunt ταυτὸ: ideoq; commu-

communicato uno, necesse est communicari alterum. Minor probatur: quia humana natura non est facta æterna, infinita, spiritalis &c.

## CLIX.

Resp. <sup>1</sup> Illatio idè in vitio est, quia contra expressa testimonia antea allegata pugnat, ubi scriptura quædam idiomata Christo, quæ homini, tribuit, etiamsi cætera non legamus: & quia κατὰ ἑρῶν Samofetanismum concludit, qui docuit, *naturas in Christo prorsus ἀκρίτων ἦτας esse.*

## CLX.

<sup>1</sup> Regula: Eorum, quæ τὰυτὸ sunt, uno communicato necesse est communicari alterum, gravissimas patitur instantias. <sup>2</sup> Ergò essentiã patris filio communicatã, communicata est ejus hypostasis? <sup>2</sup> fert contrariam, & adversario intolerabilem illationem: hypostasis, essentia & propria λόγος sunt τὰυτὸ. E. communicatã hypostasi, communicata sunt etiã etiam attributa. Item: hypostasis est infinita. E. infinita immensitas est communicata.

## CLXI.

<sup>3</sup> De re ipsa dicimus, cum tota plenitudo Deitatis habitet in Christo σαματικῶς, Col. 2. omnino etiam omnem plenitudinem idiomatum esse communicatam: Quòd autem non omnia pari ratione prædicantur, mirum non esse, quia inter ipsa idiomata DEI (quæ κατὰ αὐτὸ & intra Deitatem considerata τὰυτὸ sunt) in respectu operationum ad extra, talis diversitas occurrit, ut aliter atq; aliter prædicentur, & à se invicem se jungantur.

## CLXII.

Exempli gratiã: Omniscientiã suã intuetur DEUS mala opera, sed non justitiã nec voluntate beneplaciti ea probat: Secundum justitiã suam DEUS damnat reprobos, non autem secundum misericordiam. Sic etiamsi scriptura non dicat, humanam naturam esse spiritualem, infinitam, æternam, tamen dicit, esse vivificam & omnipotentem: Item: etsi non accepit infinitatem & æternitatem; tamen accepit æternam & infinitam omnipotentiam, sapientiam & majestatem &c. Verùm in hæc & similia digitum intendisse sufficiat: plenior explicatio est alterius loci & temporis.

DECAD. VI. DISPUT. V.

## DOMINICA XX.

POST TRINITATIS,

Matth 22. vers. 1. 14.

I.

Scopus pa-  
rabola.

**E**rtum est, hac parabola, secundum potiores gradus, depingi ordinem adipiscendæ salutis, in Ecclesia militante observandum: Rex est pater celestis benignissimus; sponsus, filius ipsius Jesus Christus, ex miserrimo genere humano sponsam ducens Ecclesiam; ministris Evangelii utitur invocandis & invitandis convivis ad fruitionem beneficiorum spiritualium, in & per Christum paratorum. Hominum major pars hanc gratiam vel contemnit, vel terrestribus desiderijs postponit, vel etiam Ministros persequitur, vel deniq; non comparat, qua par est, ratione, nihilominus Rex munificus in ista beneficia offerenda, alios atq; alios invitando, obsequentes liberaliter tractando, indignos autem pro meritis justè puniendo:

II.

Quo ad principalem scopum parùm refert, sive nuptias spirituales, sive cum Dn. Chemnitio & aliis, personales intelligamus, inter Filium DEI & assumptam humanam naturam: dummodo hoc integrum, relinquatur, per convivium nuptiale, quod distinguitur ab ipsis nuptiis, intelligi beneficia, quæ DEUS in Ecclesia distribuit, quæ quæ Christus personalibus illis nuptiis fidelibus promeruit.

III.

De præ-  
destinati-  
one.

Quia verò Dominus non tantum in fine parabolæ paucitatis electorum expressam mentionem facit: sed etiam principales circumstantiæ ad illustrationem hujus mysterii Evangelici spectant: & præterea hujus articuli consideratio à Dominica septuagesima, ad hujus Evangelii *ἐξέτασις*, ex proposito rejecta est (Decad: 2. disputat. 5. thesi ult.) nunc ante omnia doctrinam de prædestinatione ad vitam æternam, secundum primaria *ἐπιμάρτυρα* proponemus, & deinceps ad reliquos *ἐλεγχος* atq; abusus progrediemur.

4. Electi

## IV.

Electi dicuntur ab eligendo, quia ex universali multitudine humani generis in peccato perdit, seu singulare peculium DEI delecti, & a reprobo grege damnandorum, ad salutem æternam segregati sunt: cujus segregationis solennis manifestatio in die novissimo futura est, Johan. 15. v. 19. Matth. 25.

*Etymon  
Electionis.*

## V.

Ratione conjugatorum, quæ scriptura format, omnes illi, neque plures, sunt electi, non tantum participialiter, sed etiam nominaliter, quos DEUS elegit & prædestinavit, Marc. 13. v. 20. Rom. 8. v. 29, quemadmodum in nostra parabola simili *σχερεῖ* vocati sunt, quos DEUS vocavit, v. 8. 9. & 14.

## VI.

Electi autem sunt ad nuptias Agni, Apoc. 19. æternum celebrandas, quarum gustus in hac vita incipit, videlicet ad salutem seu vitam æternam, 2 Thess. 2. v. 13. Act. 13. v. 48. Qui terminus Ad Quem revocat ad animum miseriam, à qua per electionem hanc avocati & segregati sunt: nimirum, non tantum à vanitate hujus mundi, sed etiam à miseria peccati, cui per lapsum Adæ omnes mortales implicati sunt.

## VII.

Electioem & prædestinationem ad ignes infernales scriptura ignorat, quod contra quosdam Calvinianos notandum, qui prædestinationem duplicem, salvandorum & damnandorum faciunt.

## VIII.

Ita autem spectavit facta electio hunc ultimum terminum, ut simul media ad illum finem præsupponeret: unde etiam ad adoptionem filiorum in Christum, & ad sanctimoniam vitæ irreprehensibilem, in qua ambulandum est ad gloriam æternam electi dicuntur, Eph. 1. v. 4. 5.

## IX.

Id quod etiam illustrent synonyma, quæ circa etymologiam non sunt præmittenda, quando vocantur hæredes DEI & cohæredes Christi, Rom. 8. v. 14. 16. 17, dati (videlicet singulariter) Christo, Joh. 17. v. 12. 24. scripti in libro, Dan. 12. v. 1. In libro vitæ, Phil. 4. v. 3. cælo adscripti, Hebr. 12. v. 23. Luc. 10. v. 20. in manu DEI, Ef. 4. v. 16. in vita in Jerusalem, Ef. 4. v. 3. ordinati ad vitam æternam, Act. 13. v. 48. &c.

*Synonyma  
Electo-  
rum.*

10. Ubi

## X.

Ubi obiter notandum, electos à patre in Christo, & ab ipso datos Christo dici, cum tamen ipse Christus quoque elegerit, quia pater fons & origo Trinitatis est, ut & creator omnium rerum, qui in mundum misit filium suum: unde hic omnes rationes officii sui ad patrem referre solitus est.

## XI.

Electio hæc seu ordinatio DEI facta est ab æterno, ante jacta fundamenta mundi, juxta perspicua testimonia, Ephes. 1. v. 4. & Thess. 2. v. 13. & Tim. I. v. 9. quibus tamen audacter contradicunt quidam Calviniani, qui decretum quidem æternum esse, sed electionem in tempore fieri contendunt.

## XII.

Sicut autem assumptio quorundam promiscua, tumultuaria, potius arreptio est, quam electio aut delectus: ita ne quid tale, vel respectum personarum, nobis imaginaremur, ex divina providentia, maturo consilio, secundum propositum & præscientiam, electio facta esse dicitur, Eph. 1. v. 5, 9. II Rom. 8. v. 28. 29. c. 9. v. 11. I Pet. 1. 2 Tim. I. v. 9.

## XIII.

Si facta est secundum propositum & præscientiam, & c. quantumvis proxime cohereant, & à se invicem quasi fluant: tamen electio non ipsum propositum vel præscientiam vel providentiam est.

## XIV.

Providentia, consilium, propositum decretum & præscientia DEI (*ἀνθρῶπων παρὰ θεῶν* autem hæc semper intelligimus, cum divina omniscientia omnia præsentissime intueatur, neque operosa agitatione & collatione diversorum consiliorum egeat, sed potius omnia omnipotenti & immutabili nutu regat) latissime patent & ad conservationem atque gubernationem omnium rerum, etiam malarum, referuntur.

## XV.

Præcipue autem præscientia, etsi nonnunquam phrasi hebraica affectum connotat, qui sequitur notitiam: tamen quæ talis & perse nihil aliud, quam simplicem rerum cognitionem, sine consilio, proposito & executione significat.

## XVI.

Sanè propositum DEI æternum in stricta acceptione, respectu

Electio facta est ab æterno.

x. v. 9. Tim. I. v. 9. d. II. c. 9. v. 11.

Secundum propositum.

Electio.

electio.

electionis æternæ ad salutem, ferè coincidere videtur cum electi-  
one, præfertim cum Rom. 9. v. 11. non minùs dicatur secundum  
electionem propositum Dei manere quàm Eph. 1. v. 11. secundum  
propositum ejus prædestinari dicuntur: (quid enim electio ad salu-  
tem aliud videri potest, quàm propositum salvandi electos?) re-  
verà tamen differunt, ut electio (docendi causa) sit quædam *évég-*  
*yeia* propositi & specialissima actio providentiæ divinæ, quam  
iplum propositum & decretum, seu norma direxit.

*proposi-  
tum disse-  
runt.*

## XVII.

De hac norma, arcano proposito & beneplacito DEI, non est,  
ut scalis ad motis cælos scrutemur, extra verbum; sed, quemad-  
modum in Evangelio, Matth. 20. & 22. ultimum locum parabola  
occupat sententia: *Muli sunt vocati, pauci vero electi*, unde  
constat, considerationem hujus aphorismi non aliunde, neq; ex  
*ύψιολα* proprii cerebri, sed juxta parabolæ circumstantias  
instituendam esse: ita totum mysterium Electionis, non à priori  
indagandum, sed à posteriori, nimirum juxta manifestationem &  
executionem in Evangelio factam, nominatim autem juxta præ-  
sentem parabolam de nuptiis, explicandum est.

*A posteri-  
ori judi-  
candum.*

## XIII.

Certè de arcano proposito hujus Regis, quos pro electis con-  
vivis habiturus, quomodo eis omnia munificè apparatus, & in-  
vitatores emissurus esset; non meliùs judicari potest, quàm ab  
ipsa executione in parabola nostra descripta: *Qualis æterna vo-*  
*luntas & propositum DEI fuerit, Filius ex sinu patris prorulit*, Jo-  
han. 6. v. 40. *Hec est voluntas ejus, qui misit me, ut omnis, qui*  
*videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam.* Et Paulus  
testatur, *propositum & gratiam in Christo ante tempora secularia*  
*datam, esse nunc patefactam per illustrem adventum Jesu Christi,*  
*qui & mortem abolevit, & vitam in lucem produxit ac immortal-*  
*itatem per Evangelium,* 2 Timoth. 1. v. 10. Ephel. 3. v. 9. 10. Roman.  
16. v. 25.

## XIX.

Arcanum igitur est propositum cum ipsa electione, non au-  
tem simpliciter, sed tantum eo sensu, quo ipsum Evangelium ra-  
tioni humanæ abconditum est, Ephel. 3. v. 9. 1 Cor. 2. v. 8. Johan.  
1. v. 18. Matth. 11. v. 25.

R

20. Unde

## XX.

An dis-  
quiren-  
dum de E-  
lectione?

Unde erronea est meticulositas eorum, qui quaestiones de  
prædestinationis decreto non attingendas putant; deterius autem  
illi peccant, qui extra & contra scripturam nefanda de voluntate  
DEI abscondita disputant & ubicunq; allidere contra articulos fi-  
dei ἐπ' αὐτοφώρῳprehenduntur, exclamant: ὦ profunditatem  
divitiarum, quàm inscrutabilia sunt iudicia DEI, Rom. 1. v. 33!

## XXI.

De volun-  
tate bene-  
placiti &  
signi.

In primis magna temeritas est, circa hoc mysterium & totum  
negotium salutis DEO affingere duas contra dictorias voluntates,  
nempe (ut veterum terminis abutuntur) voluntatem beneplaci-  
ti & voluntatem signi.

## XXII.

Nam *voluntatem signi* vocant Evangelium scriptum, sicut in  
suis promissionibus de divite misericordia DEI, de passione Chri-  
sti & de vocatione omnium sonat. *Beneplacitum* autem arcanum  
habent pro absoluto nutu voluntatis, omnes alias causas & res-  
pectus antegresso, illudq; voluntati signi ita opponunt, ut illud so-  
lum semper impleri, solum etiam efficaciter vocare homines per-  
hibeant, neq; ex revelato verbo judicare sinant.

## XXIII.

Abol. de-  
cretum  
Galvin.

Specialiter autem incumbunt in hanc thesin: Etsi Ev-  
angelium omnibus annuncietur, Christus propitiatio totius  
mundi dicatur, promiscuè omnes vocentur & ad sacramenta ad-  
mittantur; tamen DEUM absolutè, arcano suo beneplacito, quos-  
dam homines velle damnatos, eosq; ad damnationem prorsus im-  
mutabilem ordinasse, creasse & arcano nutu ducere.

## XXIV.

Sic autem DEUM, qui ipsissima veritas est, faciunt hypocri-  
tam aliud videlicet loquentem in verbo suo, aliud verò clam in  
corde occultantem; sic tùm verbi prædicati, tùm Sacramentorum  
principalem finem, qui est offerre & confirmare gratiam ex parte  
DEI omnibus accedentibus, abnegant; sic omnem solidam con-  
solationem intercipiunt, & vel ad securitatem carnalem, vel ad  
desperationem, viam sternunt: quemadmodum Piscator in disp.  
de prædestin. th. 85. concedit, *Reprobos animis* (qui autem tales  
sint, omnes ministri verbi ignorant) *nullam consolationem instilla-*  
*ri posse, quia non credere possunt Evangelio.*

## XXV.

Simul verò dupplici modo papizant: <sup>1</sup> Homines, etiam verè credentes in Christum, propter in certam subductionem de sua salute, perpetua dubitatione constringunt: omnes enim syllogismi Calviniani in hoc negotio constant meris particularibus <sup>2</sup> Evangelium in sacris literis comprehensum summæ imperfectionis arguunt.

## XXVI.

Quomodo enim omnia ad salutem nostram scitu necessaria continere potest, si arcanum beneplacitum DEI non explicat, à quo tamen omnia prima media & ultima absolutè pendent, ut, ubi hæc deficit, reliqua omnia, quæ in Evangelio annunciantur, irrita esse oporteat.

## XXVII.

Cum tamen omnes ad legem & ad testimonium adstringamur, Esa. 8. ad Mosem & Prophetas deducamur, Luc. 16. ubi mysterium æternis sæculis tacitum revelatur, Ephes. 3. v. 9. 10. nihil occultavit Paulus, sed omne consilium DEI annuntiavit, Act. 20. v. 27. unde etiam verbum Dei repellere, consilium DEI spernere & Spiritui Sancto resistere dicuntur, qui verbo non obtemperant, Act. 13. v. 40. Luc. 7. v. 30. Act. 7. v. 51.

## XXVIII.

Omninò hi invitati in nostra parabola beneplacitum Regis ex verbo vocantium cognoverunt, dumq; hanc vocationem contempnerent, contra beneplacitum regis in intimis penetralibus cordis reconditum fecerunt, illudq; in ardentem iram adversus se converterunt.

## XXIX.

Jam sicut sese habet consilium & propositum Regis, quoad has nuptias filii ad præconium servorum: Ita sese habet æternum propositum DEI de salute hominum, ad verbum patefactum & ad præconium Evangelii.

## XXX.

Ne igitur prolabamur in illud *αἰσχροπρεπεί*, ut justè puniri statuamus à Rege, qui voluntatem beneplaciti ipsius fecerunt & impleverunt, quemadmodum ex hypothefi absolutæ reprobationis de-

tionis de omnibus reprobis, cogitandum foret! Si enim ab æterno secundum beneplacitum voluit DEUS, nos per peccati securitatem & incredulitatem perire, utiq; in peccatis & incredulitate usque ad æternum interitum perseverando, beneplacitum arcanum, cui nec resistere valuerunt, fecerunt.

## XXXI.

Ubi ergò est illa justitia quæ prætextitur, quod ejusmodi re-  
jectione plurimorum in peccata & gehennam opus fuerit, ne de-  
essent, in quibus DEUS justitiam suam declararet, sicut in Electis  
& salvandis misericordiam declarat?

## XXXII.

Quasi non in ipso gratiosissimo negotio salvationis nostræ  
justitia DEI satis abundè illustretur, quod ita comparatum & in  
Evangelio explicatum est, quod misericordiæ divinæ ad recipi-  
endos peccatores non potuerit esse locus, nisi æternæ & immu-  
tabili justitiæ ejus adversus peccatum per Christi obedientiam &  
passionem ad plenum satisfactum fuisset.

## XXXIII.

Piè expendantur verba Pauli, Rom. 3. v. 25. Christum pro-  
posuit DEUS propitiatorium per fidem in sanguine ejus, ad decla-  
randam JUSTITIAM suam per remissionem peccatorum: v. 26.  
EX DEI obedientia ad declarandam JUSTITIAM suam præsentem  
tempore; ut sit ipse Justus & justificans eum, qui est ex fide Jesu.

## XXXIV.

Repudiato igitur absoluto decreto, quod nec in fidei nec in-  
credulitatis hominum considerationem descendit, antequam in-  
evitabiliter statueret: sciamus Electos, cum nondum nati essent  
sic ordinatos esse ad vitam æternam, Actor. 13. ut non nisi cum  
accurato respectu observati ordinis constituti & in Evangelio pa-  
tefacti, nempe *ut credentes* in Christum Mediatorem & in fide  
usq; ad finem perseverantes, in libro vitæ consignati fuerint.

## XXXV.

Nimirum DEUS in æterno illo consilio non solum decrevit, quæ  
ordinem in reparandis hæredibus gloriæ æternæ observaturus per  
Evangelium manifestaturus & strictè executurus esset in tempo-  
re: sed etiam κατὰ πρόγνωσιν, infallibilis præsentis suæ oculo, fu-  
tura ut præsentia, intuente, exactè vidit, qui nam per suam grati-  
am obedientiam, fidei constanter præstituri essent, nec ne.

v. d. Rom. 2. Tr. s. 26. *Justitia  
Dei decla-  
ratur etiam in Ele-  
ctis.*

*Electio cū  
præcogni-  
tione fidei.*

## XXXVI.

Prævisos igitur in debita obedientia fidei, non quidem propter fidem vel fidei dignitatem, tamen per fidem & in fide propter Jesum Christum fide apprehensum, juxta beneplacitum suum in tali ordinis observatione paternè conquiscentes prædestinavit ad salutem, eosq; inde ab infinita æternitate, deinceps usq; ad affectionem, singulari amore & providentia complectitur.

## XXXVII.

Ideo Petrus & Paulus, columnæ in Apostolatu, προγνωστω DEI in explicatione arcanae electionis tum accuratè annotarunt, tum cum observatione ordinis intimè complicarunt. Petrus quidem, 1. Pet. 1. v. 1. 2. his verbis: *Electi secundum præcognitionem Dei patris in sanctificatione Spiritus ad obedientiam & conspersionem sanguinis Christi.* Paulus verò Rom. 8. v. 29. *Quos præscivit, eosdem & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui: Quos verò prædestinavit, hos & vocavit; quos vocavit, eos etiam justificavit; quos justificavit, hos & glorificavit.*

## XXXVIII.

Evidentiâ horum testimoniorum (præsertim cum universo scopo sacrarum literarum exactissimè consentientium, dum interrim absoluti decreti dogma longissimè recedat) superati, nequaquam audiamus eos, qui præscientiam hanc pro ipsa Electione & arcano proposito DEI tantum ideo habent, ut intuitum fidei prorsus excludant, suamq; absolutam Electionem retineant.

## XXXIX.

Ejusmodi absolutam voluntatem, vel salvandi vel damnandi hominem universa scriptura ignorat, evidenter etiam nostra parabola reclamât, quæ voluntatem & propositum cælestis Regis depingere debet.

## XL.

Meram gratiam & prorsus gratuitam munificentiam in hõe rege deprehendimus, nequaquam autem absolutè ad certas personas directam, quicquid tandem illæ vel faciant vel non faciant, sed potius certo ordine ex liberrimo proposito circumscriptam, secundum quem ordinem in apparando epulo, invocandis convivis, in benefaciendo & puniendo omnia fecit.

## XLI.

Iade ad accomodationem progredimur: Sicut rex sic nullo  
R 3 eorum

*Mera munificentia  
gratia,  
non absoluta.*

*Gratuita  
est electio*

eorum merito, quos convivio nuptiali lautissime excepit, sed ex propria propensione benignitatis, omnia fecit; Ita etiam æterna electio, & quicquid DEUS ad justificationem & salvationem nostram deinceps fecit & adhuc facit, verè & profus gratuitum est: *non est currentis vel volentis, sed miserentis Dei*, Rom. 9. v. 16. c. 11. v. 5, 6. Eph. 2. v. 9. 10. 2 Tim. 1. v. 9.

## XLII.

*In & pro-  
pter Chri-  
stum.*

Sicut autem hæc gratia regis propter sponsum, filium Regis exarsit, & in sponso tota fundata fuit: sic etiam gratia Evangelica nostræ Electionis, justificationis & salvationis, propter cælestem sponsum, propter unigenitum filium patris exarsit, tota in illo solo fundata fuit, ut & in nomine ipsius annuncietur, Actor. 10. Luc. 24. v. 47.

## XLIII.

Etsi enim Christus demum in plenitudine temporis in hunc mundum venit & λύτρον pro redimendo genere humano patiendo solvit: tamen ex oblatione & æstimatione æterna, valuit ad nostram reconciliationem planè ut patribus fidelibus in V. T. agnoscatus est ab origine mundi, Apocal. 13. Et nisi interposito pro-misso suo λύτρον filius DEI æternus noster intercessor & mediator fuisset, nunquam commiseratio DEI, vel paternum propositum, de eligendis & salvandis denuò hominibus, locum habuisset.

## XLIV.

Ex intuitu satisfactionis Christi pro genere humano prima contemperatio (ut ita loquar) justitiæ & misericordiæ divinæ, quæ utraq; summa & æternum immutabilis est, facta fuit.

## XLV.

Hoc solidum fundamentum, cui æterna electio non minus, quàm justificatio in tempore superstructa est, fidelissime ostendit Apostolus Eph. 1. v. 3. 4. DEUS Pater Domini nostri Jesu Christi elegit nos in IPso antequàm jacerentur fundamenta mundi v. 5. prædestinavit nos in adoptione per Jesum Christum IN IPSUM juxta beneplacitum voluntatis suæ v. 6. gratos seu acceptos nos reddidit in DILECTO v. 11. in quo etiam heredes constituti sumus, prædestinati juxta propositum, &c. Apocal. 20. v. 12. 15.

## XLVI.

Et quis sit liber vitæ, Philip. 4. v. 3. Apoc. 20. v. 12. 13. liber venturum, Pſal. 69. v. 29. in cælis Luc. 10. v. 20. in quo nomina omnium & singulorum electorum indelebiter inscripta sunt, tanquam in memoriali & manu Jehovæ, ne ulla horum oblivio ipsum capiat, Malach. 3. v. 16. Ef. 49. v. 16, quasi digito demonstrat Apocalypſis, c. 13. v. 8. *quod sit liber vitæ AGNI, qui nondum jactis fundamentis mundi mactatus est.*

*Liber vitæ est Christum.*

## XLVII.

Emphasis harum locutionum tanta, & tam harmonicè-consona est, ut quis facile inde percipiat, Christum ut fundamentum Electionis & ut causam meritoriam, adeoq; regulam factæ prædestinationis constituit: cujus respectus non quidem tempore, ordine ramen conclusionem decreti præcessit, & primus quasi gradus ordinatæ voluntatis fuit.

*primus gradus voluntatis*

## XLIIX.

Alias, si in absoluta misericordia fundamentum Electionis ponatur, proximè ad Photinianorum imaginationem de miserationibus DEI acceditur. Quid enim opus fuit satisfactione Christi cruenta, si DEUS ex absoluta misericordia electos ad vitam æternam prædestinavit, ut nulla vis afflictionem interciperet queat?

## XLIX.

In Christo autem, indicato sensu, non potuit fieri electio, nisi cum respectu ad fidem, Christus enim fide non apprehensus nihil prodest, & correlata sunt fides atq; Christus seu meritum Christi, quæ se mutuo ponunt, & ab invicem divelli nequeunt. Quasi scripsisset Paulus: Elegit nos in Christo, *quatenus fide apprehenso.* *ep. 1. 4.*

*Si in Christo: Ergo per fidem.*

## L.

Ideoq; quemadmodum nostri Regis in parabola gratuita voluntas talis fuit, ut parato suæ convivio nuptiali fruerentur invitati, sed in veste nuptiali apparentes: Ita voluntas æterni propofiti in DEO, in eligendis ad possessionem regni, attendit fidem eorum: salutem cum omnibus beneficiis spiritualibus destinans quidem hominibus peccatoribus, sed eadenus, quatenus perseveranter in Christum credituri essent.

*in veste nuptiali*

## LI.

Ubi obiter admonendi sunt, si qui opus habent, quoties vel electionis vel salutis certitudo perseverantia finali determinatur, illud non fieri sensu Novatiano, quasi excludantur, qui non sine omni interruptione, continuo actu fidem suam probant (sa pè enim nim renati in peccata contra conscientiam lapsi, fidem & gratiam DEI iterum amittunt, quòd ad tempus etiam Electis accidere, lapsu Petri, Davidis & aliorum satis constat) sed pro perseverantia haberi finalem fidem perferiam pœnitentiam recollectam, & ad finem vitæ conservatam: Et sic Iatro quoq; ad finem in fide perseveravit, Luc. 23:

## LII.

In fide, & non absq; intuitu fidei, factam esse æternam electionem probamus (præter fundamentum à salutaris agnitione Christi deductum, quæ absq; fide fieri nequit) d. c. t. s. Johan. 6. v. 40. 2 Theff. 2. v. 13. Tit. 1. v. 1. 1 Pet. 1. v. 2. ubi æterna voluntas DEI ita describitur, quòd velit tantùm credentes salvos fieri, quodq; in fide veritatis & in sanctificatione Spiritus (h. e. hujus respecta & consideratione) electio facta sit, & ideo fides κατ' ἐξουσίαν fides Electorum dicatur.

## LIII.

Protestamur autem, nos sponte agnoscere diversitatem causarum, cumq; Christus, ut causa meritoria & principaliter efficiens, fides verò tantùm, ut causa instrumentalis, seu requisitum ordinis ex nostra parte observandi, Electionem, ut & justificationem, ingrediatur: ideo non propter fidem, sicut propter Christum, sed in fide & per fidem, Electionem factam esse docemus,

## LIV.

Neminem nisi rectè vestitum, juxta intentionem suam, Rex nuptiali epulo dignatus est, & tamen non propter vestem vel apparavit altitia, vel convivas vocatos admisit, sed omnia ex spontanea liberalitate fecit: ideo iniq; faciunt, qui clamant Electionem non posse manere gratuitam, si non absoluto nutu Dei, sed juxta prævisionem fidei, facta doceatur.

## LV.

Non enim gratuitum ordinato ad fidem, sed tantùm merito & digni-

& dignitati propriæ opponitur; quod ex articulo de remissione peccatorum, justificatione & acquisitione salutis, satis planum est illi, qui veritati cedere cogitat.

## LVI.

Hic si in executione nulla gratia DEI absoluta proponitur, nullam etiam absq; fide in Christum nobis imaginari aut polliceri debemus, quicquid tandem petere velimus, Johan. 16. Jacob. 1. cur æterni propositi gratiam absolutam fingimus, à qua hæc omnia, ipsaq; ordinis observandi necessitas promanavit? præsertim cum Electi præcisè, ita deseribantur, quod sint divites in fide, Jacob. 2. v. 5. & qui credituri sunt ad vitam æternam, 1 Tim. 1. v. 16?

## LVII.

Impossibile est placere DEO absq; fide: oportet credere quem vis, qui vult ad DEUM accedere. Hebr. 11. v. 6. Nō ergo homines in peccato perditii potuerunt DEO secundum præscientiam eligenti placere, nisi per fidem in Christum Jesum, in quo Electio facta est.

## LVIII.

Revertimur ad speculum nostræ parabolæ. Regi sanè etiam ratione propositi & intentionis non placuerunt promiscuè hospites, quomodocumq; comparati vel vestiti: nihilominus ipse suam liberalitatem non huic vel illi, sed sine respectu personarum omnibus obtulit: sic DEUS gratiam salvationis, licet in Christo fundatam, mediis conversionis & fide præcisè determinatam tamen universaliter toti generi humano omnibus & singulis peccatoribus destinavit.

## LIX.

Seris fuit voluntas regis, quia<sup>1</sup> in apparatu nulli sumtui percipit<sup>2</sup> sedulo invitare & invitatos vocare iussit, <sup>3</sup> in vocatione hoc quasi fuit, ut domus refertim impleteretur, <sup>4</sup> vocationem aliquoties iteravit. <sup>5</sup> nonnullis gratiam contemnentibus, alios quosvis vocavit. <sup>6</sup> contemptu non fuit tacitè oblectatus, sicut illi faciunt, qui serio exoptant exultationem conviviarum, sed irà exarsit & graviter delinquentes punivit.

## LX.

Seriam suam voluntatem, omnium hominum salutem desiderantem, DEUS misericors non minùs testatam reddidit, primò, apparatu, qui se universaliter ad omnes extendit: Christum enim

S

filium

*regi sane n placuerunt hospites  
et vestes.*

*Deus vult deo pios  
omnibus  
salutem  
serio.*

*vocavit s. g. b.*

filium suum (in quo omnes thesauri beneficiorum salutis repositi sunt, Col. 3. v. 11.) toti mundo donavit ex dilectione, Johan. 3. v. 16. Filius pro omnibus passus est, Joh. 1. v. 29. 1 Joh. 2. v. 2. 2 Pet. 2. vers. 19.

## LXI.

Deinde emissi sunt ministri in universum Orbem qui vocaverunt ad epulum Evangelicorum beneficiorum omnes gentes, Marc. 16. v. 15. Matth. 28. v. 19, quemadmodum ipse Christus invitavit amantissime omnes Matth. 11. v. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis.*

## LXII.

Torquent quidem adversarii dicta, quæ de universo mundo loquuntur, ut quovis modo ad particularitatem electorum multitudinem mundi coarctent: verum ne unicus quidem locus reperitur, in quo mundus solos electos significat.

## LXIII.

Ineptè alii ex nostro Evangelio ratiocinantur: *multi sunt vocati: Ergo vocatio non est universalis*, neq; Evangelii promissio de remissione peccatorum seriò ex intentione Dei ad omnes pertinet.

## LXIV.

Respondetur autem, multos & paucos esse quidem relative oppositos, non autem multos & omnes qui sub-ordinati sunt: ut non rarò multi sint pauci, & pauci sint omnes: qua in parte ad iudicium vulgi provocare possumus.

## LXV.

Ad hæc etiam si multi formaliter particularitatem significarent, tamen propter regulam: à positione unius ad remotionem alterius non valet consequentia, non licet concludere: multi vocati sunt, Ergò reliqui non sunt vocati.

## LXVI.

Tertiò Deus vehementer irascitur iis, qui oblatam gratiam vel contemnunt vel hostiliter persequuntur Joh. 3. v. 18. Act. 13. v. 46. Marc. 16. v. 15. & iracundam suam averationem non solum comminationibus ubiq; in scriptura obviis, sed etiam pœnis multiplicibus, publicis & privatis, temporalibus & æternis declarat.

## LXVII.

Quicumq; autem iuste puniuntur, propter contemptum & reje-

rejectionem alicujus rei; ad illos res quoq; verè ex intentione punientis pertinet: sed omnes increduli justè puniuntur, propter rejectionem Christi, Evangelicarum promissionum & beneficiorum; Ergò Christus, promissiones & beneficia Evangelica verè ad omnes incredulos ex intentione DEI pertinuerunt.

## LXVIII.

Si igitur contra voluntatem DEI, ad thesaurizandum ipsius iram, multi oblatam gratiam contemnunt, negari non potest, totam & unicam causam reprobationis & damnationis in ipsis hominibus, absq; omni culpa DEI, hære, juxta Hof. 13. v. 9. Ezech. 33. v. 11. Matth. 23. v. 37.

## LXIX.

Quorum hominum pertinax improbitas quia ab æterno, non minus ac si actu jam impleta fuisset, DEO eligenti, secundum præscientiam ipsius, perspectissima fuit: hinc adeò factum, ut Electio particularis, electorum numerus exiguus & arcano num. DEI arcana segregatio inter salvandos & damnandos fieret, qualis in novissimo die publicè manifestanda est.

## LXX.

Perstat ergò sententia nostri Evangelii *pauci sunt Electi*, licet multi vocati, imò universo mundo & omnium generum singulis hominibus misericordia DEI seriò oblata fuerit.

## LXXI.

Admodum improprie loquuntur & textibus omnibus de prædestinatione sonantibus vim facere coguntur, qui, licet intentione fortè non admodum malà, universale desiderium DEI de salute omnium hominum pro ipsa electione accipiunt: ideoq; Electionem ad vitam æternam pariter universalem constituunt.

## LXXII.

Ad totius hujus articuli in offensam considerationem proprie facit distinctio voluntatis divinæ, in antecedentem & consequentem, quæ per circumstantias nostræ parabolæ optimè illustratur: non quòd gemina voluntas in simplicissimè unicam Essentiam DEI cadat, sed quia eadem voluntas erga homines, secundum ordinem salutis semel decretum, & ipsorum hominum diversum statum, diversis modis se habet.

## LXXIII.

Calviniani nonnulli, antiquissimã hanc distinctionem, Tertuliano,

*Causa re. § 83. un.  
probatio-  
nis est in  
homine.*

*Pauci  
sunt Ele-  
cti. cur? p. 192.*

*Electio  
non est u-  
niversalis. p. 87. p. 76.*

*pl. dec. q. d. 87.*

*De volun-*

*ante An-  
tecedente  
& conse-  
quente.*

liano, Chrysofomo, Damasceno & aliis familiarem, reprehendunt, quasi eâ simplicitas essentia divinae labefactatur, Piseat in notis ad tract. Vorstii, DE DEO, nota 3. Interim voluntates beneplaciti & signi contradictorias DEO tribuunt; nonne hoc est culicem colare & camelum deglutire?

## LXXIV.

Voluntas *antecedens* est desiderium DEI spontaneum, quo serio & constanter optimè cupit omnibus hominibus, nihil etiam omittit, quod secundum sapientissimum beneplacitum suum procurandæ æternæ salutis interservire potest.

## LXXV.

In nostra parabola *depingitur* propensione Regis omnia parantis, emittentis servos, invitationem iterantis & plenam multitudinem omnium vocatorum desiderantis; qui etiam sibi gratulatus fuisset, si omnes invitati suæ benignitati obsecuti essent.

## LXXVI.

Voluntas *consequens* non amplius, quid DEUS misericorditer benevolentia intendat, aut quid fieri exoptet; sed quid homines faciant, expendit & *judicat*, unde etiam *judicialis voluntas* appellatur *consequens* verò dicitur, quia *ordinis ratione considerationem hominum*, secundum fidem vel incredulitatem eorum, præmittit, censuram autem suam deinceps eam insequitur, *solos credentes & obediētes* Evangelio salvare, *incredulos autem & inobediētes* punire & damnare, æterno & immutabili decreto volens.

## LXXVII.

Similem *judicialiam* & consequentem voluntatem exercuit noster Rex, quando iusta ira accensus est ad versus contemptores nuptiarum; quando eos indignos epulo suo pronunciavit; quando misit exercitus suos ad perdendum homicidas & verbera eorum; quando malè vestitum accuratè observatum exturbare & in tenebras exteriores conjicere iussit.

## LXXVIII.

*neutra absoluta*  
Neutra voluntas est absoluta: Voluntas *antecedens* per omnes promissiones DEI declaratur; ea autem in Christo ratæ sunt, 2 Cor. 1. v. 20. 1 Joh. 3. v. 16. & ad obsequium fidei, ut ita loquar, *conditionatæ*: Ex voluntate *consequente* promanant *omnis executio*; vel præmiorum & beneficiorum promissionum gratia.

rum gratuita exhibitio, vel poenarum propter inobedientiam iur-  
sta immissio.

## LXXIX.

Hinc antecedens voluntas misericordiae; consequens vero  
voluntas justitiae dici consuevit; cum justitia non in solis poenis  
erga incredulos, sed etiam in gratuita beneficentia & justificatio-  
ne erga credentes. declaretur, 2 Thess. 1. v. 6. 7.

## LXXX.

Hoc tamen simul sciendum, cum longanimitas Dei nihil  
aliud sit, quam singularis inopiam seu illustris declaratio volun-  
tatis antecedentis; ad hanc etiam pertinere omnia beneficia, quae  
indignis & impoenitentibus DEUS nonnunquam diu & perquam  
liberaliter confert, ut vel ad poenitentiam invitentur, vel ob con-  
tentum immerite misericordiae & longanimitatis in excusabiles  
reddantur, Rom. 2. v. 4.

## LXXXI.

Electiois igitur fons fuit voluntas antecedens: norma vero,  
secundum quam facta est, fuit voluntas consequens, quam Apo-  
stolus propositum & beneplacitum voluntatis vocat, in locis su-  
pra allegatis, Rom. 8. v. 28. 9. v. 11. Ephes. 1. v. 5. 2 Tim. 1. v. 9.

## LXXXII.

Ideirò, quia DEUS ab aeterno sibi justè pariter & gratiosè  
proposuit tantum finaliter credituros salvos facere: & simul ju-  
cta πρόβωσις. vidit, tales paucos fore: non omnes neq; multos  
(in comparatione erga reprobos) sed paucos elegit, de qua pauci-  
tate nostrum Evangelium admonet, & Paulus 1 Cor. 1. v. 26. 27.

## LXXXIII.

Paucitatis hujus culpa seu causa per se sibi quaerenda est, ubi  
haeret causa paucitatis dignorum convivarum, in nuptiis filii Re-  
gi: sed causa paucitatis hinc unice haeret in malitia invitatorum,  
qui venire noluerunt, non in vocante Rege: Ergò etiam causa pau-  
citatís electorum & salvandorum, in hominibus per poenitentiam  
venire nolentibus, non in eligente Deo, unice haeret.

## LXXXIV.

Unde quemadmodum non valet consequentia: DEUS serió

Causa v. d. 868.  
paucitatis  
Electo-  
rum

vult omnes homines salvos fieri, ad salutem omnes creavit, per Christum redemit, per Evangelium vocat: Ergo omnes sunt Electi: Ita non valet: pauci sunt Electi ad salutem, E. non omnes sed paucos tantum absoluta voluntate DEUS eligere & salvos facere voluit.

## LXXXV.

Perinde enim est, ac si diceret: pauci digni convivæ in epulo nuptiali comparuerunt: Ergo rex noluit omnes venire & comparere: cujus illationis absurditatem omnes circumstantia hujus parabola confundunt.

## LXXXVI.

Vocatio est & manet universalis, & quidem seria cum siti quadam & desiderio, ut homines convertantur 1 Tim. 2. v. 4. Ezech. 33. v. 11. 2 Pet. 3. v. 9. &c. quatenus autem simul terminum ad quem, h. e. homines vocationi obtemperantes connotat, particularis est.

## LXXXVII.

Unde quibusdam, ex intuitu præsentis parabola, placet talis distributio: sunt, <sup>1</sup> κλημένοι qui non veniunt, v. 3. <sup>2</sup> κλητοί qui veniunt, v. 10. <sup>3</sup> qui simulatè, sine veste nuptiali veniunt, v. 11. <sup>4</sup> qui rectè induti quidem veniunt, sed non perseverant, 1 Tim. 1. v. 19. <sup>5</sup> qui veniunt & manent. Johan. 6. v. 37. c. 15. v. 5.

## LXXXVIII.

De prioribus omnibus speciebus accipienda est sententia: *multi sunt vocati*: Utimo modo vocatorum tot sunt, quot electi, ideoq; pauci, quos Paulus Rom. 8. v. 30. intricatissima significatione intelligit: quotquot enim tali gratia vocati sunt, illi non tantum justificantur, sed etiam tandem glorificantur.

## LXXXIX.

Hanc solam vocationem Calviniani efficacem vocant, veraq; fidei effectricem: sed perperam. Quia omnes renati efficacem gratiam DEI, in conversione & sanctificatione sua experiuntur, in qua etiam omnes salvi fierent, nisi nonnulli denuo inquinamentis mundi involuerentur, 2 Pet. 2. v. 20, 21. 2.

## XG.

Et mirum est, contra tam perspicuum testimonium:

*multi*

*quod dicitur in  
p. 112. p. 103.*  
Vocatio  
Evangelii  
est uni-  
versalis.  
1. 18. 19.

*multi sunt vocati, pauci vero electi*, Phocinianos tamen in catechesi, pag. 261. contendere, vocationem & Electionem eandem significationem, in scriptura habere (annotat D. Mentz. in A. C. Exeg. pag. 373.) 297.

## XC I.

Ex omnibus hætenus dictis subjicimus hæc definitionem: Electio est actio DEI, qua ab æterno, ex gratuita misericordia, in & propter Christum ordinavit ad hæreditatem salutis eos, qui ad finem vitæ credituri sunt.

## XC II.

Facile autem apparet cuivis rectè attendenti, cur impossibile statuatur, ut Electi in finalem impœnitentiam prolabantur & pereant, Matth. 24. v. 24. Cum tamen omnes renati ad hujusmodi lapsum proclives sint, nonnunquam in scelera ruant, non paucorum ultima deteriora fiant prioribus: nempe non ideo, quasi vel electio vel præscientia DEI absolutam credendi necessitatem cordibus eorum imprimat: sed ex necessitate consequentiæ, quia solos tales, nimirum finaliter credituros, Deus elegit, juxta regulam: *Quicquid est, quando est, necesse est esse.*

## Elenchi hujus Evangelii.

## XC III.

Postquam dicto primario: *Multi sunt vocati, pauci electi*, mediocriter satisfactum est, in enarrandis Elenchis breviores erimus. Et primo quidem observamus usitatum titulum Ecclesiæ Christi in histæris, quod sit *regnum celorum*, videlicet, non tantum propter bona, quæ non terrestria sed cælestia, affert, sed etiam propter formam administrationis, quæ non more regnorum politicorum & mundanorum comparata est.

## XC IV.

Impolitica igitur & non satis Ecclesiastica est vox Bellarm. qui libr. 3. de Eccl. c. 2. scribit: *Ecclesia Christi est cæcus hominum visibilis & palpabilis, ut est cæcus populi Romani vel Regnum Gallie vel Respubl. Venerorum.*

## XC V.

Aliena est etiam à scopo tota dissertatio scriptorum pontificiorum, de optima forma regiminis politici, & quod omnino

Electio

quid sit. Himmal synt. d. II. p. 20.

non potest sine Deo esse. p. 297.

Matth. 24. v. 24.

Quale regnum sit Ecclesiæ.

omnino gubernatio Ecclesiastica juxta illam conformari debeat; quam prolixè vide apud Bellarm. libr. 3. de Rom. Pontif. cap. 1. 2. & seqq.

## XCVI.

Nos aliam rationem administrationis ignoramus, quam illam, qua Christus Rex gloriæ Psal. 24. v. 10. regale suum sacerdotium, 1 Pet. 2. v. 9. & filios regni sui, Matth. 13. v. 38. per Evangelium regni, Marc. 1. v. 14. ut & per claves regni cælorum, Matth. 16. v. 19. in obsequio fidei regit & conservat: donec post hanc vitam ad regnum gloriæ & immortalitatis transferatur.

## XCVII.

Contra  
Alcorani  
blasphemiam,

Contra Alcoranum Turcicum, lib. 3. c. 1. intimantem, fore, ut in igne infernali cognoscatur, quàm horribile peccatum sit dicere quòd Deus habeat filium; calum quasi pudesieri, & retham contremiscere super tali blasphemia; Nos Christiani icimus, horribile committere peccatum, & nihil prorsus ad salutem suam sapere, qui hoc negat vel in dubium vocat.

## XCVIII.

Nam præter plurima testimonia alia, hoc loco totus cursus Ecclesiæ ita pingitur, ut DEUS similis statuatur Regi qui habet filium; quòd DEUS omni tempore per ministerium verbi sui hoc unicum egerit, ut homines ad nuptias filii sui vocarentur & adducerentur.

## XCIX.

Pro conjugio sacerdotum.

Ad commendationem conjugii, ne indignum videatur sacerdotum seu ministrorum verbi vita, semper referendum est, quòd filius DEI, sacerdos æternus, secundum ordinem Melchisedech, gaudet esse & vocari sponsus, Matth. 9. v. 15. 22. v. 1. 25. v. 1. Johan. 3. v. 29. intimamq; suam cum Ecclesia conjunctionem in vita & amore conjugali æstimandam proposuit, Ephes. 5. v. 32.

## C.

Ex quo loco Papistæ matrimonium viri & uxoris pro sacramento novi Testam. venditant, unde tantò fortius illos urgemus: Nullum sacramentum pios sacerdotes dedecet, multò minus iis jure denegari debet: Atqui ex sententia communi pontificiorum conjugium est verum & propriè ita dictum sacramentum;

Ergo sacerdotes pios non delectet, multo minùs ipsis denegari debet.

## CI.

An fortè sacerdotes missifici, ratione hujus sacramenti volunt esse inter canes & porcos, quibus margaritæ & sanctum proijciendum non est, Matth. 7. v. 6? An erubeicunt sanctum vocare, quod tamen inter mysteria sacramentorum locum habet?

## CII.

Itanè in Ecclesia, majoribus privilegiis illustri, (qualis est Ecclesia novi Testam. præ veteti, etiam ex hypothese papistarum) non licet, quod antehac ab origine mundi concessum fuit patriarchis, sacerdotibus & Levitis? Quis audet prohibere etiam contra expressum mandatum Apostolorum, 1 Tim. 3. v. 2?

## CIII.

Cæterùm diligenter consideremus, quod Rex cælestis invitatos ad spirituale suum epulum, per emissos ministros vocat, quos tamen arcano & omnipotente nutu attrahere poterat.

*De necessitate ministerii Evangelici.*

## CIV.

Non igitur vocabuntur vel introducentur ad nuptias agni nunquam, qui negligere vocem publici ministerii, & cum Enthufiatis ac Swengfeldianis arcanos raptus DEI expectare solent.

## CV.

Neq; rectè faciunt Anabaptistæ, qui verbo prædicato & universo externo ministerio, quo Doctores Ecclesiæ funguntur, effi-  
eaciam spirituales derogant: cum tamen ea ipsa vox sit, qua auditores percelluntur & ad obsequium fidei rediguntur, corde aliàs per naturales inclinationes prorsus ad contraria intente.

*cf. loc. s. p. 194.*

## CVI.

Non leviter etiam contra hanc agnitionem peccat pontificiorum opinio, quæ Ecclesiam catholicam, non ipsi ministerio & successioni, quoad ejusdem doctrinæ sinceritatem, sed absolute sedi Romane seu successioni personali & locali alligat.

*Contra successi-  
onem per-  
son.*

## CVII.

Graviùs autem errant, qui electos & salvandos etiam inter illos populos, qui Evangelium nunquam audiverunt, cum Zwinglianis, Tannero, Latio & similibus quærunt: nobis stacaxioma: quemadmodum absq; vocatione emissorum servorum, aulli con-

*Electi extra Ecclesiam non quærendi.*

vivæ Epuli nuptialis cogitandi sunt: Ita extra cætum vocatorum per ministerium verbi nulla est Ecclesia,

## CVIII.

Sicut autem adulti per auditum verbi, ita infantes per lavacrum Baptismi vocantur & associantur veris convivis nuptialibus.

## CIX.

Itaque vim divinæ vocationis per Evangelium Calviniani, quantum in ipsis est, de fundamento tollunt: dum docent, *Fidelium parentum liberos nasci Sanctos & in federe Dei. Quid igitur in illis efficit baptismus? & ubi adoleverunt, Evangelium. Qui enim jam sunt Christo insiti, quæ sine illi vocantur ad Christum? Nam qui nuptiis jam intersunt, & epulis nuptialibus actu fruuntur, ineptè quis dicet, eos demum ad nuptias longo post tempore vocari debere, (ait D. Menz. Aug. conf. pag. 348.)*

## CX.

Qui sibi persuadere potest nec utile nec necessarium fuisse, his vocatis querere, ubi sint nuptiæ & quem in locum à servis vocarentur: ille credat Ostorodio c. 42. Instit. Germ. ineptienti, *quod questi ode Ecclesia, ubi & apud quos ea sit, parum sit utilis & non necessaria ad salutem. Nupiam enim mandatum esse, ut Christianæ doctrina in Ecclesia queratur,*

## CXI.

Servi regii vocandi operâ defuncti, tergiversationes & militiam in vitatorum non occultarunt, multò minùs confictis excusationibus palliarunt, sed ad suum Dominum fideliter renunciarunt, quomodo sese singuli rectè secure gesserint.

## CXII.

Nequaquam igitur prodicioni insidiatorum & delationi, obtricatorum annumeranda est fidelitas auditorum, liberorum, discipulorum, famulorum, quæ ad suos superiores deserunt scelera delinquentium, ut vel admoniti emendantur, vel justa animadversione reprimantur & coercantur, inprimis autem scandala è medio tollantur.

## CXIII.

Nam præter exempla, disp. 2. proposita quibus accensenda

*Vocatio diverfa*

*Contra  
Calv. de  
infantibus  
fidelium.*

*ubi sunt nuptiæ?*

*Contra  
Photinia-  
nos.*

*Deferre  
delicta ali-  
orum ad  
superiores,  
non est  
proditio.*

senda sunt facta Rahab Jos. 2. v. 4. Hebr. 11. v. 21. & nepotis Pauli ex forore, Actor. 23. v. 16. ) Urgentur auditores expresso mandato, dic Ecclesie, Matth. 18. v. 17. Si quis non auscultat sermone, per Epistolam hunc indicat, 2 Theff. 3. v. 14.

## CXIV.

Illud autem partim propter solidam consolationem, partim adversus pontificios insigniter notandum, quod solius Regis cælestis liberalitate omnia, ad spirituale epulum pertinentia, etiam ante accessum invitatorum, sufficienter & abundè parata sint.

## CXV.

Videlicet Christus salvator noster semetipsum, ceu agnum tollentem totius mundi peccata, mactandum tradidit, obtulicunam pro peccatis victimam in perpetuum (scil. valentem) Hebr. 10. v. 12. unica oblatione consecravit in perpetuum eos, qui sanctificantur, v. 14. semel ad abolendum peccatum, per immolationem sui ipsius patefactus est, Hebr. 9. v. 26. Christus semel oblatus est, ut peccata multorum tolleret, v. 28.

## CXVI.

Propterea non opus est aliquo thesauro indulgentiarum, in quo merita sanctorum & propria merita reponuntur, ad peccatorum alienorum expiationem; multò minus in tali thesauro fiducia collocanda est.

## CXVII.

Dicit quidem Apostolus, Col. 1. v. 24. quod *ὁσὴν ἠμεῖς ἔχουσιν ὡς ἑσθλὰ ἔργα* reliquias afflictionum Christi in sua carne expleat pro corpore ipsius; sed non intelligit personales passiones Christi, quæ in ara crucis completæ fuerunt Johan. 19. v. 30. & solæ satisfactoriæ sunt, Rom. 3. v. 25. Hebr. 9. & 10. sed mysticam communionem passionum, inter Christum & Ecclesiam, à qua plenitudine passionum tantum adhuc abest, quantum fidelibus, usque ad consummationem sæculi, adhuc sustinendum est, 2 particula *pro* non significat vice, seu loco Ecclesie, sed ad ipsius confirmationem, quæ videlicet exemplo constantiæ fieri potuit.

## CXIIX.

Excidium bellicum, quod per contentum nuptiarum ingrati cives suæ urbi & sinibus atraxerunt, v. 7. aliis interim in tranquilla pace epulo regio, cum summa benevolentia & clementia Do-

*Contra indulgentias & propria merita.*

*De loco Col. 1. v. 14.*

*Bella non videntur ab astris.*

ria Domini, fruētibus; admonet nos, iusto arbitratu cælestis Regis omnia bella permitti vel immitti & dirigi, juxta Levit. 26. v. 25, Ela. 7. v. 18, c. 13. v. 4. c. 19. v. 4. Ezech. 14. v. 17. 21. c. 21. v. 16.

## C XIX.

Muniti igitur sint animi adversus vanitatem prædictionum astrologicarum, quæ, ut de aliis multis prorsus extra septum physicarum & ordinararum actionum positis, ita etiam de seditionibus & motibus bellicis, ex astrorum positu temerè prænunciant.

## C XX.

Novimus quidem providentiam DEI actionibus naturalibus, de quibus ex suis fundamentis constat, non esse opponendam, cum natura universa DEO famuletur, etiam in exercenda vindicta adversus impios, Sir. 40. DEUS conservat sanitatem & depellit morbos, sed per medicamenta & salubres cibos; hujusmodi autè influentiarum cælestium operationem, ad effectus prorsus & totaliter in liberrima voluntate hominum positos, sana ratio neq; timari neq; demonstrare potest.

## C XXI.

Tàm poterant hi trucidari obsequi invitationi regis, quàm alii vicini; quàm noluerunt venire; quàm abierunt ad agros & negotiationem suam: si venissent, ab incurſu bellico, ut alii grati vicini, immunes mansissent: posita astrorum prorsus invariato.

## C XXII.

Sic quotidie fieri videmus, ut interdum ex subita offensione, quasi in momento temporis, mutæ iræ & odia oriantur inter reges & principes; effectum hunc fato physico & naturali operationi planetarum velle adscribere, vel saltem significandi certitudinem illis attribuire, palpabilis dementia est.

## C XXIII.

Adeò quidem, ut Davidi aliquando optio data fuerit, 2 Sam. 24. vel bellum vel famem vel pestem eligendi: Si elegisset bellum absq; omni physica influenza astrorum præstò futurus fuisset hostis, qui ex justa ultione DEI ipsum & totum regnum graviter afflixisset.

## C XXIV.

Quod legatis nostri regis accidit ut sua vocatione cogerent bonos & malos convivas, rectè & indecenter vestitos: idem ministris verbi, etiam diligentissimis & fidelissimis accidit, ut semper ipsis cum auditorio, promiscuè quidem Evangelium profitentem, sed ex malis & bonis intermixto, agendum sit.

v. 10.  
Ecclesia  
visibilis  
constat  
bonis &  
malis.  
Deu. 2. p. 146.

## CXXV.

Hujus mixturæ etiam in definitione Ecclesiæ visibilis mentio fieri solet, non quod mali ad essentiam Ecclesiæ necessariò requirantur (qua de causa Smalzius photinianus, disputat. 8. contra Frantz. planè omitti posse illam particulam definitionis putat) sed ad prævertendum scandalum: quia vix segregari unquam possunt non sancti, sicut vitiosi humores ex corpore, ad cujus essentialem integritatem non pertinent. nunquam prorsus expurgari possunt.

## CXXVI.

Observanda est hæc constitutio nuptiarum spiritualium propter Audæanos, apud Theodoretum, libr. 4. hist. c. 10. Novatianos seu Catharos, apud Epiphani, hæresi. 59. Donatistas, apud August. de hæresi. c. 69. & horum omnium sobolem hypocritam, nempe Anabaptistas, qui negant veram Ecclesiam esse ejusmodi cæcum, in quo non sancti. unâ cum sanctis habitant, eandemq; religionem profitentur.

*Contra Anabaptistas & similes.*

*amb. p. 119. d. 12.*

## CXXVII.

Interim Ecclesia vera, quæ talis, est congregatio sanctorum, Dominum ex puro corde invocantium, 2. Tim. 2. v. 22. sicut in articulo 7. August. Confess. confitemur.

*Ecclesia v. d. Dom. 9. Trinit. est cæcus 98. sanctorum.*

## CXXVIII.

Inferiatur hoc cum reliquis gregalibus Bellarminus, urgens nos hac instantia, libr. 3. de Eccles. c. 9. *Mali sunt quidem membra mortua & arida, nihilominus tamen vera membra Ecclesiæ.*

## CXXIX.

Nos verò negamus consequentiam ex ipsa concessione adversarii. Sic enim colligimus: sicut sese habent mortua membra ad Corpus: ita sese habent mali ad Ecclesiam: sed mortua membra non propriè, sed tantum æquivocè dicuntur membra, E. etiam mali tantum æquivocè dicuntur membra veræ Ecclesiæ.

## CXXX.

Minorem hac ratione probamus & illustramus: quicquid, ubi innotescit, ejicitur: illud non pertinet per se & propriè ad integritatem ejus, unde ejicitur vel avellitur: sed mali, ubi satis innotescit illorum malitia insanabilis, ejiciuntur ab Ecclesia: Sic indignè vestitus convivæ exturbatur è nuptiis, Matth. 22. sic mortua & arida membra refecantur; sic improbi ejici, vel probi ab im-

probis exire iubentur 1 Cor. 5. v. ult. 2 Cor. 6. v. 17. E. ad Ecclesiam integritatem mali per se non pertinent.

## CXXXI.

Ex his facile apparet, quid dicendum sit ad similem instantiam Bellarm. In concione ex hoc Evangelio: *Ubi nunc sunt heretici & Lutherani, qui malos in Ecclesia non esse concedunt? Utrum tandem iste bonus erat, an malus? si bonus cur reprehenditur? Simulatus, quomodo intravit?* Et paulò post. *Ex hoc nro loco duo Lutheranorum errores apertissime reselluntur: unus, solos esse bonos in Ecclesia; alter, veste nuptiali fidem esse significatam: siquidem hinc plane perspicuum est, usq; ad mundi consumationem, malos esse cum bonis admixtos, & nuptialem vestem non fidem, sed caritatem esse. Nam si iste fide caruisset, in Ecclesiam non intrasset.*

## CXXXII.

*Indicatum enim est utrumq; , quomodo mali insint Ecclesie, & tamen propriè ad eam non pertineant: de veste autem nuptiali paulò post. Mali non per fidem veram, sed per simulatam fidem & nudam confessionem Christianismi intrant in societatem eternam Ecclesie.*

## CXXXIII.

Sicut autem non ministris, sed regi tam perspicax oculus attribuitur, quo dignos & indignos convivias discrevit; ita solus Deus novit suos, 2 Tim. 2. v. 19, solus sanctorum congregationem & Ecclesiam sine ruga ab admixtis hypocritis discernere potest.

## CXXXIV.

Hinc adeò factum, ut Ecclesia vera hoc respectu invisibilis appelletur: propter internam fidei & caritatis sinceritatem, hominum oculos subter fugientem.

## CXXXV.

Sunt autem malorum distincti gradus, ideoq; peccata, unde tales sunt & dicuntur, æqualia non sunt. Levius peccant, qui majorem voluptatem captarunt ex agris & negotiatione, quam ex nuptiis regis & propterea venire noluerunt: gravius verò illi, qui legatos occiderunt: alio iterum gradu ille, qui venit quidem, sed sine veste nuptiali.

## CXXXVI.

Ubi tamen gravitas peccati, non ex sola dignitate objecti, vel ex

V.ii

Electi soli  
Deo noti.

V.ii

Hinc Ec-  
clesia in-  
visibilis.

Non o-  
mnia pec-  
cata sunt  
æqualia.

30.  
An. p. 162

V.ii

peccatu aliud gravius aliud  
levis.

vid. Som. & Adv.  
p. 52

vel ex genere facti, æstimanda est, sed simul ex intentione peccantis, quam DEUS scrutatur. Sæpè enim vel sola hypocrisis, vel obstinata malitia gravissimum peccatum reddit, & prorsus ad infernum præcipitat, cum aliàs qualitas facti levior videri posset. Hic legatur & in tenebras exteriores conjicitur, qui nihil furatus est, neminem vulneravit vel occidit in convivio, sed tantum veste indecente ejusmodi animum prodidit, quo Rex vehementissimè offensus est.

## CXXXVII.

Discubuisse jam in mensa illum, qui postea ejectus est, expressè testatur Matthæus, v. 11. non autem, an fercula apposita fuerint, & an de illis cum aliis discumbentibus ederit.

## CXXXVIII.

Quicquid sit, nos ita progredimur: si malè vestitus eundem cibum cum aliis edisset, sed indignè: etiam in sacra cæna vestimento nuptiali carentes, eundem cibum sacramentalem cum aliis edent, licèt indignè, 1 Cor. 11. sed prius verum, E. & posterius.

## CXXXIX.

Connexionis ratio est, quia cibus sacramentalis, videlicet corpus & sanguis Christi cum pane & vino benedicto est pars istius epuli spiritualis, quod hic per parabolam convivii nuptialis repræsentatur.

## CXL.

Sic Judas in prima Eucharistia, indignissimè sanè & ad gravissimum judicium, quod paulò post expertus est, eundem cibum & potum, cum reliquis undecim discipulis sumsit, ut ex Luca e. 22. v. 21. constat.

## CXLI.

Accessus vel vestitus convivarum non fecit edulia, sed omnia antea parata fuerunt: similiter fides accedentium non constituit sacramentum, quod suam integritatem à Christo instituentem habet, itaq; nec incredulitas constitutum solvit.

## ABUSUM EXPLICATIO,

## CXLII.

In explicatione corruptelarum serè cum solis pontificiis nobis res erit. Pro adstruenda thesi negativa: justificatio nostra non consistit in imputatione justitiæ Christi, Bellarminus

v. 11

*Etiams indigni edunt corpus Domini in cano. See. 2. p. 221.*

*Abusio contra justitiam imputationem.*

minus libr. 2. de justificat. c. 7. octavo loco, tale argumentum proponit: *Christus in Canticis Canticorum* (sic quoq; in nostra parabola) *comparatur sponso, & Ecclesia sive anima justificata comparatur sponsæ.* Dicitur autem sponsa illa pulcherrima pulchritudine sibi inhirente, non pulchritudine sponsi sibi imputata. Nam idcirco tribuitur sponsæ pulchritudo propria mulierum & sponso pulchritudo propria virorum, ut intelligamus, aliam esse pulchritudinem Christi, aliam Ecclesiæ vel animæ justificatæ. Adde, quod esset absurdissimum, si sponsus celestis & verè pulcherrimus, sponsam haberet turpissimam, & solum ornata extrinsecus præciosa aliqua veste viri.

## CXLIV.

Respondetur breviter: <sup>1</sup> negamus utrumq; , quod sponsa sit pulchra, propria pulchritudine, & quod absurdum sit, aliena decorari: fatetur enim sponsa, Cantic. 1. v. 5. se Nigram esse & tamen decoram, nempe aliunde: & quàm pulchra sit sponsa ex sese, prolixè descriptum extat, Ezech. 16. <sup>2</sup> Etiam iustitia Christi est interna pulchritudo sponsæ, & jam propria ipsius facta seu appropriata per fidem, per realem donationem & imputationem, etiam ratione originis propria, h. e. propriarum virium & bonitatis non esset.

## CXLV.

Sufficit hîc unicus locus, El. 61. ubi gloriatur & quasi superbit justificatus ob vestem salutis & tunicam iustitiæ, quæ Dominus ei induit, v. 10. *gaudendo gaudebo in Jehova, exultabit anima mea in Deo meo. quoniam induit me vestimentis salutis, pallio iustitiæ induit me, tanquam sponsus, qui magnificat gloriam & tanquam sponsa, que ornat se monilibus suis.*

## CXLVI.

Bellarminum fabricare absurditatem ridiculam sic cognosce. <sup>1</sup> Christo neq; mas est neq; femina, sed in omnibus & omnia Christus, Gal. 3. v. 28. Col. 3. v. 11. <sup>2</sup> In modò allegato textu eadem justificata anima exultat in vestitu, quem simul sponsi & sponsæ vestibus comparat. <sup>3</sup> Indecens Cardinali videtur, si Christus vir sua iustitia & sanctitate exornet sponsam: nunquam autem videre voluit, quàm indecorum sit, omnes monachos occultari sub pallio Mariæ meritisq; ejusdem beatæ virginis, non vera fide sed æstima-

æstimatione papæ imputatis, velle viros infinitos ornari: & vicissim omnium sanctorum Prophetarum & Martyrum meritis sexum femineum coram Deo splendere velle? <sup>4</sup> figuratas locutiones intra suum circulum debuisset expendere.

## CXLVII.

Deinceps audiamus nonnullas accommodationes Costeri: *primò ita colligit, In Conc. part. i. pag. 540. qui audiendi sunt, ut invitatores ad nuptias spirituales, illos oportet esse missos à rege sponsi: prædicantes Evangelici non sunt missi, quia missionis sue testimonium non habent, Ergò audiendi & suscipiendi non sunt.*

## CXLVIII.

Hic assumptio manifestè falsa est: Legitimæ suæ vocationis & missionis publicum testimonium habent Evangelici ministri, vel ob solam ordinationem, & per totius Ecclesiæ consensum, quæ suos pastores reverenter audit: etiamsi upctionem Episcopalem, raturam, diplomata & similes Antichristianos characteres (quibus ne quidem opus habent) non ostentent.

## CXLIX.

Quando ipse eadem pagina scribit: *Duo certa signa sunt vocationis alterum, si missus fueris à superiore tuo Ecclesiastico: alterum, si facis supernaturalia miracula* (ne quid de vitiis consequentiæ nunc dicamus) subsumimus: nos Evangelici prædicantes (spontè currentibus, non patrocinaur) missi sumus à superiori nostro, non tantùm Ecclesiastico, cujus solius missio insufficientis foret, sed à tota Ecclesiâ, quæ suam *Χριστοσύνη* & votum per delectas personas explicare solet.

## CL.

Quòd miracula missionis extraordinariæ seu immediate factæ à Deo, signum sint per se, perpetuum & necessarium, negant exempla Johan. Baptistæ & quorundam prophetarum. Ipse Salvator noster non tam propter officium docendi (demonstrabat enim doctrinæ certitudinem ex consensu prophetarum) quàm ad illustrandam sublimitatem suæ personæ & singularis officii Messis, miracula edidit.

## CLI.

Deinde in patrocinium liberi arbitrii ita disserit: *Non dicis* (para-

*Abusus contra vocationem Evangelicorum ministrorum.*

*Abusus p. 193. 194.*

pro liber  
arbitrio.

(parabola) *Non poterant venire, sed Nolebant venire: Inprimis, ut nos doceamur, quod in nostro arbitrio positum sit Deo resistere aut adherere, bonum an malum facere, p. 541. & post pauca: licet bonum facere aut malum vitare non queas sine auxilio Dei, & illud tamen mox inuenies paratum & quidem semper, dum bonam voluntatem ad bonum applicare conaberis.*

## CLII.

Resp. <sup>1</sup> satis crudè ex sententia ipsius Pelagii hæc apponuntur <sup>2</sup> Dissentanea sunt: sine auxilio DEI non posse, & in arbitrio nostro positum esse, DEO adherere, contra perspicuam sententiam Christi, Johan. 15. v. 5. <sup>3</sup> nunquam in hoc articulo valet consequentia: nolle potuerunt, E. etiam velle.

## CLIII.

<sup>4</sup> Rem ipsam quod attinet, confunditur externa locomotiva, cum actionibus spiritualibus novi hominis per Spiritum Sanctum illustrati: unde fallacia secundum plures interrogationes emergit: non enim illud in controversia est, An homo per vires suas humanas, sine speciali auxilio Spiritus Sancti, possit adire conciones, auribus percipere verbum, ore sumere cœnam, legere Biblia & meditari verbum, quod à nobis nunquam negatum est (sic enim pharisæi Christum, & Johannem Baptistam Herodes audivit; sic conviva hinc sine veste nuptiali accessit) sed hoc negamus ex scripturis, quod homo aliquo modo ex propriis viribus cor suum aperire & fidei auditu prædicatum verbum amplecti & ad suam conversionem cooperari valeat.

## CLIV.

Dum retundimus Costeri arbitrium, commodè interferi potest simile argumentum Bellarmini ex hoc Evangelio: illud extat, lib. 5. de gratia & lib. arbitr. c. 16. *si non esset libertas arbitrii, non essent alii boni, alii mali, nec alii alius meliores: sed sunt mali & boni, Matth. 22. v. 10. Ergo.*

## CLV.

Resp. Est fallacia causæ: Non libertas arbitrii in rebus spiritualibus (de tali enim est quæstio) sed alia causa discriminè illud hominum parit, & sufficit externarum actionum libertas: nempe, cum omnes ratione vitii originalis parei sint, tamen quoad actualia peccata alii aliis turpius vivunt, & lex in membris potentius regnat, quia corruptio originalis non frenatur, sed potentius li-

rius licentia peccandi, pessimis exemplis, mala educatione, & impulsu Diaboli fovetur.

## CLVI.

Vacillare etiam consequentia: Ex libertate arbitrii hominum fit, ut alii aliis deteriores & peiores sint (jam in collatione, qui minus peccat, melior habetur) Ergo etiam ex arbitrio humano pendet, ut in bono, praesertim spirituali, alius alio melior evadat.

## CLVII.

Tertio, circa versum 4. idem Costerus hæc annotat, pag. 543: *Deus ministris suis adspirat, quæ invitatis vult dici, Non ergo ministri ejus aliud quid docere aut concionari debent, nisi quod ipsis à Deo injunctum fuit, id est, purum verbum Dei. Sic autem pergit: illud non est simplex scripturae textus, sed Spiritus cum litera; 2 Cor. 3. ad est, genuinus scripturarum intellectus: quem quidem à nemine exigemus accuratius, quàm apud catholicam Romanam Ecclesiam, quæ eundem à temporibus Christi & Apostolorum ejus continuâ successione inviolatum semper custodivit &c.*

*Absque  
pro tradi-  
tionibus,*

## CLIX.

Resp. <sup>1</sup> Acceptamus regulam: nihil, nisi purum verbum Dei, est prædicandum, ideoq; omnia assumenta traditionum & propriarum glossarum repudiamus. <sup>2</sup> sed apponat Costerus: Textus nō dicit: Rex adspiravit servis suis, sed dixit, quem admodum etiam Christus suis discipulis injunxit: *docete eos servare mandata & sermonem meum*, non inspirationem meam: Matth. 28. v. ult. Joh. 8. v. 51. & 15. v. 20. <sup>3</sup> in textu 2 Cor. 3. non Spiritus cum litera, sed Spiritus: exclusa litera commendatur: impertinenter igitur adducitur, <sup>4</sup> purum verbum Dei, præcisè loquendo, non est ipse intellectus, sed verbum genuino sensu intellectum, <sup>5</sup> intellectus hic à nemine accuratius exigitur, quàm ab ipsa scriptura, videlicet secundum obscuriora & clariora loca invicem piè & humiliter, per gratiam Sp. Sancti collata; prophetia enim non est propria *ἐπιλόγειας*, ut Petrus ait, 2 Pet. 1. v. 20. <sup>6</sup> Hòc sensu Romano-catholica Ecclesia tam diu caruit, & tam diu carebit, quamdiu à solis decretis pontificum suorum dependet. <sup>7</sup> quam

autem sinceritatem vera Ecclesia inde ab Apostolorum temporibus continua successione accepit & adhuc possidet: eam per ipsum verbum scriptum, non successione locali vel personali, sed successione doctrinae, quae semper ad eandem normam prophetarum & Apostolorum conformanda est, accepit, & deinceps tuebatur, tanquam columna veritatis, 1 Tim. 3. v. 15.

## CLIX.

*Abusus  
pro digni-  
tate pro-  
pria.*

*Quarto, non recto pede incedunt etiam illa Coster, pag 542. Digni sunt, qui conditiones ab eo praescriptas observant scilicet, qui Deum pro beneficiis acceptis, ut par est, laudant & gratias agunt: qui per verum de peccatis dolorem delictorum condonationem postulantes, sacerdoti eadem per confessionem aperunt, operibus virtutum & patientiae se exercent, voluntatem deum divinam in omnibus perficere annuntiantur.*

## CLX.

Non inquam prorsus sana haec sunt, tum quod legalem potius operum, quam Evangelicam fidei conditionem urgent: tum quod ad electitiam castigationem corporis, ad confessionem auricularem omnium peccatorum, & ad possibilitatem implendi legem in hac vita, alludunt.

## CLXI.

Digni autem in nostra parabola fuerunt, non qui se vel meritis vel splendida veste ostentarunt: sed qui oblatam gratiam humili & fidei obsequio acceperunt: sicut Matth. 10. v. 13. qui laetum nuncium Evangelii & salutationem Apostolicam obsequenter admiserunt.

## CLXII.

Haec est voluntas caelestis regis, ut qui videt filium & credit in eum, habeat vitam aeternam, Johan. 6. v. 40. Et ut deinceps ex fide fructibus spiritus, secundum verbum Domini studeat: Tales ex se semper indignos Genes. 32. v. 10. Johan. 1. v. 27. Matth. 8. v. 8. Dan. 9. v. 7. Psal. 130. Rom. 9. v. 16. dignabitur, seu pro dignis admittet Dominus, & filius resuscitabit eos in die novissimo, Johan. 6. v. 40.

## CLXIII.

Breviter: In descriptione dignorum secundum officium & qualitates facile ferimus etiam bonorum operum ornatum, Matth. 7. quam primum verò ulla cogitatio ad meriti dignitatem & ad

& ad propriam iustitiam coram DEO declinat, neminem dignū in toto convivio spiritali agnoscimus, neque Rex *αυτοψία* sua inveniet.

## CLXIV.

Adde, quod non valet subductio Jesuitica: Convivæ per contemptum vocationis indignos sese reddiderunt epulo nuptiali: Ergo reliqui per accessum & obsequium digni fuerunt. Est enim ejusdem farinae cum illo: mala opera damnant: Ergo bona opera salvant, cujus *ἀνακολυθίαις* ratio aliis declaratur.

## CLXV.

Ad Bellarminum revertendum est, secundum ordinem textus, qui libr. i. de justificat. c. 15. sic infert: *quoniam, qui sunt in Ecclesia, fideles sunt, si idem mali esse possint, certè sequitur fidem, unde dicuntur fideles, cum peccato, unde dicuntur mali, esse conjunctam.*

## CLXVI.

Resp. Majoris connexio tantum valet de fide vera, & de iis, qui per se & proprie sunt in Ecclesia, non æquivocè & per qualemcumq; aggregationem, sicut palea in tritico, & vitiosi humores in corpore. Sic autem falsa est assumptio partim per ea, quæ supra dicta sunt, partim, quia fides historica & nuda professio doctrinæ pro vera fide Christiana obruditur.

## CLXVII.

Regerit ibidem Bellarminus, hac ratione peti principium: *Inprimis aut, non debent assumere tanquam certum, id quod est in questione, id est, fidem benevolentia solam esse veram fidem.* Probationis loco affert, quia mali non propter amissionem fidei, sed propter omissionem operum reprehenduntur ut *Matth. 22. de neglecta veste nuptiali.*

## CLXIX.

Respondetur autem, omissionem quidem operum frequentius reprehendi, quia delicta in oculos incurrunt & simul Christianam conversationem turbant: revera autem, & quidem gravissimè, etiam defectus fidei damnatur, ut mirum sit, Cardinalem tam præcipitem in negatione fuisse. Considerentur dicta, *Marc. 16. v. 16. Johan. 3. v. 18, & 36. Johan. 16. v. 9. Rom. 11. v. 20. 1 Tim. 1. v. 19. c. 5. v. 8.* Quoad vestem nuptialem redeat Bellarminus ad propriam cautelam; non assumat, tanquam certum, id quod est in questione, per vestem nuptialem non fidem, sed caritatem

*Abusus.*  
quod fideles sint etiam securi peccatores.

*Tulle nupt.*

& opera significari. Nunquam autem actu se jungi posse veram fidem & omnia bona opera, expressè docetur in sacris literis, Rom. 14. ult. Gal. 5. v. 6. 1 Tim. 5. v. 8. 1 Johan. 3. v. 4.

## CLXIX.

Alia instantia.

amicus

Verùm aliud arripiunt papistæ, tum ad hanc thesin, tum ad necessitatem bonorum pro acquirenda salute, obtinendam: *In-dignus hic hospes, quòd fidem haberet, amicus quidem vocatur, sed quia vestimento operum caruit, eiicitur; E. fides sine caritate non justificat.* Bellarminus, libr. 4. de justificat. c. 8. in subsidium adducit dictum Gregorii, Homil. 38. *Amicum vocat & reprobat, ac si apertius dicat, amice & non amice; amice per fidem, non amice per operationem.*

## CLXX.

Respond. Iterum *ut γὰρ ἀλλήματα*, quod adhuc probandum est, Amicum hunc veram fidem habuisse, & amicum propter fidem vocari. Accessit sine vera fide, qui tamen externam obedientiam præstabat, planè ut alii hypocrite conciones ingrediuntur, absolutionem per confessionem oris petunt, accedunt ad sacram *σύνεξιν*, sine vera fide tamen & vera charitate: unde nos Gregorio opponimus. Origenem, qui ait: *vocat amicum, sicut Judam.* Quod si autem catholici pro verè fidelibus habent socios Judæ, suo sanè periculo illud faciant: piis mentibus nunquam persuadebunt.

De veste nuptiali.

## CLXXI.

Sed nunc tandem perveniamus ad considerationem ipsius vestis nuptialis, cujus omisio hunc titulum tenus amicum intantas calamitates coniecit. Pontificii, ad unum omnes, in illa sunt opinione, pulchritudinem bonorum operum, & quidem sub ea consideratione, quatenus dignum reddunt coram Deo & justificant hominem esse ipsissimam vestem nuptialem, qua Deo placere & cum benedictione frui epulis nuptialibus debemus.

## CLXXII.

Stapletonus in catholico, part. 1. pag. 271. *Docet ipse contextus evidenter, vestem nuptialem hoc loco, non ipsam fidem, sed hominis jam per ipsam fidem in Ecclesiam recepti (discumbentis) aliquod ornamentum necessarium significare.* Item pag. 272. *Est ergo vestis nuptialis, vestis fidei Christiano propria, vestis ad salutem necessaria,*

*faria, ipsa caritas seu bonorum operum aggregatio. Est autem nuditas & confusio, solius fidei heretica hodie predicatio. Vide etiam Bellarm. libr. 1. de iustif. c. 15. Costerum, Conc. part. 1. pag. 556,*

## CLXXIII.

Apparet autem, quàm audacter sumant, quibus merito Ecclesia universa contradicit, nimirum, quod carentes veste nuptiali sint verè recepti in Ecclesiam, ideoq; fidem habeant sine operibus: contra quas asseverationes modò, & alias sæpè, dictum est.

## CLXXIV.

Apparet simul perpetuus eorum error, quòd à necessitate bonorum operum, ad necessitatem eorundem ad salutem, & quidem non, ut viam ordinis, per quam, sed ut meritum, propter quod ex iustitia debeatur gratia, concludere audent: ne dicam simul, quàm vitiosè pro familiari suo more, à merito absentia bonorum operum, ad meritum presentia procedant.

## CLXXV.

Nam parabola non ostendit, quomodo & cur rectè vestiri Regi placuerit, sed tantum offensionem & iram qua iste eum persecutus est, qui sine veste nuptiali reliquis sese admiscuit.

## CLXXVI.

Unde manifestum est, etiamsi liberalissimè concedatur, per vestem nuptialem, sine qua Rex cælestis convivam in mensa beneficiorum suorum tolerare non vult, nihil aliud esse, quàm pulchritudinem bonorum operum: tamen solam necessitatem bonorum operum, quæ à nostris nunquam negata fuit, extorqueri.

## CLXXVII.

Neque est, eur Stapletonus, contra illam loquendi formulam usq; adeo tumultuetur: *De veste nuptiali frustra certatur sit ne fides, an sancta & pia vita: quia neq; fides à bonis operibus separari potest, & bona opera non nisi ex fide procedunt.*

## CLXXVIII.

Certè Paulus Rom. 13. v. 12, 13. jubet induere arma lucis & induere Christum, evitando commestationes, impudicitiam & alia peccata, Col. 3. v. 10. Ephes. 4. v. 24. induere novum hominem juxta imaginem Dei in sanctitate & iustitia: quod indumentum omnino studium Christianæ sanctimonie concernit.

Et ex

## CLXXIX.

Et ex Patribus non pauci, Chrysostomus, Hilarius, Hieronymus, Tertullianus, Leo, suis interpretationibus modò fidem, modò bonorum operum ornatum, modo utrumque designarunt, quorum testimonia vide apud Pelargum, in Quæst. Matth. fol. 225.

## CLXXX.

Illi, quo ad bona opera sine dubio eò respexerunt, quia, sicut vestis indicat virum, Sirac. 19. v. vult: (unde etiam hic indignus hospes sordidà suà veste proditus fuit) sic bona opera indicant fidem & veram fidem, Jacob. 2. v. 18.

## CLXXXI.

Frustra autem infert Stapletonus, etiamsi centies ingeminet; Si utrumque significat, ergò utrumque ad salutem necessarium est: eo quidem sensu, qui in hujus controversiæ consuetu terminus, (ad salutem necessarium) accipitur. Aliàs salvandis ex necessitate officii incumbere studium bonorum operum, jam aliquoties concessimus.

## CLXXXII.

Quando autem eo sensu de veste nuptiali quaeritur, qualis ille ornatus sit, in quo solo Cœlesti regi Homo placere queat ad gratiam ipsius, & salutarem participationem epuli spiritualis: perspicue respondemus, esse justitiam Christi perfecta ipsius obedientia & Passione acquisitam, sed fide applicatam & quasi indutam.

## CLXXXIII.

Huc deducit nos, partim Evangelica doctrina in genere, quæ in & per solum Christum, remissionem Peccatorum, gratiam apud DEUM & salutem proponit, Ephes. 1. v. 6. c. 3. v. 2. Act. 10. v. 43. 1. Cor. 1. v. 30. Johan. 3. & 6. Partim dicta, quæ expressè Christum indumentum nostrum vocant, Gal. 3. v. 27. Rom. 13. v. 14. per allusionem ad locum, Es. 61. v. 10.

## CLXXXIV.

Ut & metaphora vestimenti, seu ornatus ex vestimentis, perquam concinnè ad justificationem nostram per fidem seu, quod idem est, ad imputationem justitiæ Christi per fidem quadrat.

## CLXXXV.

Quemadmodum enim pulchra vestis omnes novos & sordes occultas tegit & hominem ornat, non quatenus in arca conservatur, sed quando induitur: sic justitia Christi tegit & delet omnia pecca-

vestimpt

Hayfuer. D. Justif. 283.

vestis nuptialis  
in qua solummodo placet

Hic gen

Spec.

metaphora

peccata, ne impudentur in iudicio DEI strictissimo; splendidissime ornat hominem alias peccatis undignaq; contaminatam, Etia. 61. ita tamen, ut induatur, hoc est, per figuratam apprehensionem applicetur. Alia ratione solius acquisitionis, abiq; applicatione meritum Christi nemini prodest, sed potius per incredulitatem & peccata contra conscientiam turpissime profanatur. Hebr. 10. v. 29.

## CLXXXVI.

Sicut in ornatu externo & vestitu, non induitur sed elegantia ipsius vestis gratum & amabilem reddit: sic fides conditio quædam est & requisitum necessarium ad iustitiam & salutem impetrandam, non autem per se tanti precii ut propter eam, aut illius merito atq; dignitate, coram DEO accipi reddamur, dignitas hæc solius Christi & perfectæ ipsius sanctitatis est.

## CLXXXVII.

Præterea, sicut, quando homo vestitur, vestis officia distincta sunt: Eodem ad arduas velatur & persona ornatur, vel minimum contra tempestates & ignominiam spectatorum munitur: sic in justificatione hominis peccatoris, simul remittuntur seu teguntur peccata & iustitia Christi applicatur, eodem justificationis actu, cujus dictæ duæ partes tantum λόγος, ratione terminatum à quo & ad quem, differunt.

## CLXXXVIII.

Ideo præcisè pro fide iustificante vestem nuptialem acceperunt, Basiliius, Tom. 3, fol. 448. Ambrosius, libr. 4. de fide c. 1. Chrysostomus, Tom. 2, col. 1043. Augustinus contra Donatistas, c. 20. & alibi.

## CLXXXIX.

Placet adseribere verba Augustini contra Donatistas dicto loco, quæ sic habent: A malis se boni corde ac moribus separant (scil. Mat. h. 22.) simul manducantes ac bibentes corpus ac sanguinem Domini, sed cum magna distinctione: quia isti in honore sponsi induuntur veste nuptiali, non sua quærentes, sed quæ Jesu Christi: isti autem non habent vestem nuptialem, h. e. fidelissimam sponsi caritatem, sua quærentes, non quæ Jesu Christi. Ac per hos etiam isti misericordiam manducant, illi iudicium, quia ipsius convivii canticum est, misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, Psal. 101. nec ideo tamen dormit Ecclesiastica disciplina, ut cesset inquietos.

## CXC.

Apparet ex cohærentia verborum, Augustinum per charitatem sponsi non intelligere operum dignitatem, sed fiduciam ad misericordiam DEI, qua de suis desperans homo, tantum Christi gratiam querit.

## CXCI.

Huic vesti nuptiali, hoc respectu (justificationis nimirum & salvationis) tamdiu non patimur assui opera & virtutes Christianas, quamdiu audimus accuratam sequestrationem Apostoli: non ex operibus, sed per fidem; gratia non est, si ex operibus, Eph. 2. v. 8 9. Rom. 11. v. 6.

## CXCII.

*Abusus ad vestem Missifici.* Tympius in Rituali suo germanico, c. 9. p. 119. rationem, cur Missificus confecturus mutet vestes, istam reddit: quia ad nuptias regis accedit.

## CXCIII.

Non equidem probamus Calvinianam confusionem, qua fit, ut minister verbi, etiam in administratione cœnæ & officiis sacris peragendis, in vestitu vix à caupone vel quovis idiota alio discerni queat: Hoc tamen improbamus in pontificiis, quod consecratarum vestium necessitatem, ut & intentionem sacerdotis devotam ad consecrationem sacramenti requirant, neq; lauri essent, si quis in alia veste ministeriali, cum opinione salvæ integritatis, cœnam sacrosanctam administrare ausit.

## CXCIV.

Sicut etiam alios Christianos ad sacram synaxin accedentes non dedecet vestitus cultior, non ad spectaculum sed majoris reverentiz ergo indutus: nihilominus interior homo cordis potissimum & per se requiritur, 1 Pet. 3. v. 4. Psal. 45. v. 14.

## CXCV.

*Abusus contra satisfactionem Christi.* Photinianorum abusus ex superioribus quidem elidi potest, sed tamen hic, justo in loco, non prorsus dissimulandus videtur: Si, inquiunt, Christus morte sua satisfacisset pro generis humani peccatis, omnes salvi fierent: sed non omnes salvantur, Ergo satisfactionem nunquam præstitit, sed salus hominum, absq; intervntu satisfactionis, ex absoluta DEI misericordia pendet.

## CXCVI.

Calviniani hic colludentes, alio quidem respectu & scopo sed eo-


sed eodem vicio consequentiae inferunt: Ergo licet Christus patiendo satisfecerit pro peccatis, tamen non pro omnibus hominibus sed tantum pro paucis salvandis satisfecit.

CXCVII.

Respond. <sup>I</sup> scriptura expressè utrumque dicit, quòd Christus pro omnibus mortuus sit, & quòd pauci tantum salventur: rationem etiam addit, quia videlicet pauci tantum finaliter credunt. <sup>II</sup> parabola nostra totum negotium illustrat, quæ docet, omnibus paratum esse convivium; sed paucos tantum illo frui, scilicet quia non omnes; sed pauci tantum venerunt.

CXCIIIX.

Quoad phorinianos eadem illatio, (si legitima esset) locum haberet in absoluta misericordia DEI, quam illi imaginantur: si misericordia DEI sufficit ad salutem, omnes salvabuntur: sed posterius falsum, Ergo etiam prius. Ratio consequentiae, Quia Deus omnes conclusit sub peccatum, ut omnium misereatur, Rom. 11. v. 32. dilexit totum mundum, Johan. 3. v. 16.



DECAD. VI. DISPUT. VI.

## DOMINICA XXI.

POST TRINITATIS.

Joh. 4. v. 46 usque ad finem.

I.



**D**E præsentis Evangelio scribit Augustinus, Tract. 16. in Johannem: *In hodierna Evangelica lectione sensus non sunt investigatione difficiles: sed digni prædicatione, digni admiratione & laudatione. Proinde locum istum Evangelii cum commendatione commemoremus potius, quam cum difficultate tractemus.*

II.

Cum igitur nostri instituti non sit, vel doctrinas quasvis, vel consolationes & exhortationes ex textu depromere, sed potius difficultates quasdam, non tam à scriptura creatas, quam ab adver-

X. 2.

sariis

larius veritatis concinnatas, per elenchos & necessarias solutiones enodare: Ita tamen ut de inventis, non autem de fabricandis & excogitandis nodis loquuti simus: Mirum non fuerit, si presentis disputationis præ cæteris angustior supellex deprehendatur, propter causam ab Augustino dictam.

Scrutari  
& disputa-  
re licet  
de Ari-  
enis fidei.

Usu &  
fines.

III.  
Interim pro vindicando & commendando nostro exercitio observare possumus, neq; à simplici obedientia fidei alienum esse, neq; suspicionem dubitationis aut petulantis curiositatis, merito nos incurrere, si accerratus in verbum Dei & dogmata christiana doctrinae scrutando vel disputando inquiramus.

IV.  
Dummodo illud fiat ex pia intentione & industria, ut vel veritas sincere confessionis magis magisq; patefiat; vel fides in nobis altiusq; augeat; vel contradictiones adversariorum confundantur & retundantur; vel exactissima harmonia, claritas & perfectio scripturarum contra calumniatores illustretur; vel deniq; simplicium animi adversus invidias seductionum plausibilium muni-  
antur.

V.

V. 50.  
Videmus enim Regium nostrum Officiale, postquam jam credidisset sermone Domini, v. 50. non sine augmento infirmæ fidei, quam à principio attulerat: ex eo longè majora & insigniora incrementa lux & domesticorum sui accepisse, quod diligenter percontatus est, quomodo juxta relationem servorum hora septima, in qua convaluit filius, cum lato nuncio Domini: *filius tuus vivit*, conveniret.

VI.

Sic Christus pius discipulos jubet scrutari scripturas, Joh. 5. v. 39 sic B. Virgo sollicitè querebat, *quomodo erit illud, quandoquidem virum non cognosco?* Luc. 1. v. 34. Non ut nuncium Angelum dubium vocaret, sed ut plenius de annunciato mysterio edoceret: & tandem ad illam humilitatem heroicæ fidei perveniret: *Eccæ ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, v. 38.

VII.

Sic Beroënses cives (qui ob hoc ipsum studium longè generosiores Thessalonicensibus prædicantur) receperunt sermonem Pauli cum omni alacritate, sicq; exclusa omni dubitatione vera fide

fide amplexi sunt: Atq; nihilominus quotidie scrutati sunt scripturas, quæ à Paulo dicebantur, ita se haberent? Act. 17. v. 11.

## VIII.

Proinde nondum nos rædeat *ἐξετάσιμος* nostræ, quam Evangelicis lectionibus impendimus: Neq; etiam pigeat scholasticarum disputationum; vel Theologicorum colloquiorum, in quibus, juxta normam scripturæ, diversæ sententiæ conferuntur, vel confutationum contra adversarios iusto zelo editarum.

## IX.

Hæc enim omnia eò spectant, ut majori alacritate semel agnitam sinceritatem religionis retineamus, ingenuè profiteamur, ubi opus est, vindicemus, & aliis charitati nostræ conceditis incolamus: quando scilicet per hujusmodi examinationem juxta scripturas deprehendimus, omnia benè se habere, & consensu Prophetarum atq; Apostolorum solidè niti, etiamsi sectæ complures, multitudine, sapientia & zelo superbientes, contradicant.

## X.

Propter *Anabaptistas* consideratione digna est conditio hujus parentis, qui tam feliciter tum filio sanitatem & vitæ prorogationem impetravit, tum in fide cum universa familia sua crevit.

## XI.

Variis iste appellationibus apud Interpretes insignitur: Vocatur ab Evangelista *Βασιλεύς* *regius*; A latino Interprete *Regulus*; A Syro *servus Regis*; A Nonno *ἰδὴν σπατίων*; Ab Origene *preservitarius*; A Lyra *Officialis Imperatoris* ad custodiam Galitiæ deputatus; Ab Hieronymo *Palatinus* sive aulicus. Palatii Herodis. Chrysoctomus rationem nominis (*Βασιλεύς*) vel à sanguine regio, vel ab aliqua principatus seu gubernationis, dignitate, pendere existimat: Dn: Chemnitius verisimile censet, Regnum hunc fuisse Chusam, illum maritum Johannæ & curatorem Herodis, Luc. 8. v. 3.

## XII.

Quamvis igitur de speciali gradu officii certò statuerè vix liceat; tamen omnes hæc descriptiones & appellationes virum politicum nobis exhibent, qui non tantum domesticos *servos plures* habuit sed etiam magistratum gessit, & gubernationis partes aliquas, quantæcumq; dignitatis vel eminentiæ, sustinuit.

Magi-  
stratum  
pugnat  
cum fide.

## XIII.

Hoc vitæ genere non obstante, non solum Corporale beneficium à Christo facile exoravit: sed etiam testimonium hominis verè fidelis, qui nobis omnibus exemplo esse queat, in toto Christianismo reportavit.

## XIV.

Nequaquam igitur alienum est à professione Christiana: aut à fide Christo accepta, Christianum hominem gerere Magistratum politicum inter Christianos: Quemadmodum Anabaptistæ omnes hujusmodi eminentias, cum imperio super alios conjunctas, non pro legitima & necessaria ordinatione DEI, sed pro jugo Christianorum habent, quod subditi quidem Christiani, si aliter fieri nequeat, ferre, nequaquam autem aliis; ut Domini, inferre debeant.

## XV.

Neque enim cogitandum est per gratiam Christi regium hunc ab aulico statione avocatum esse ad fraternitatem Christianam, qualem anabaptistæ sibi imaginantur: Qui enim accessit ad Dominum; ut regius minister; qui ex fide, licet infirma, rogavit ut Regius: Idem etiam talis domum rediit, & cum politica sua domo credidit; sine dubio (nimirum nullum certum indicium contrarium extat) post miraculum hoc non minus, quàm prius, invocatione sua perseverans.

## XVI.

Christus  
etiam quâ  
homo ad  
vanus.

Rogatio Reguli, qua miraculosum auxilium ab homine Christo petit, admonet nos de fiducia in hunc, seu supremum adiutorem in necessitatibus, ponenda, & de cultu adorationis filio DEI, etiam quâ homini, debito.

## XVII.

Quod enim Regulus iste fiducia sua non vulgarem medicopem conceperit, aut à Domino petierit, sed singularem & reliquis sanationibus miraculosis, de quibus inaudierat, similem: Testatur Christus sua increpatione: *Nisi signa & prodigia videris, non creditis; v. 48.*

## XVIII.

Hinc ratiocinamur. Quicumque rogatur, ut Magister miraculorum, illi ut summus auxiliator in tempore opportuno, h. e. ut verus Deus, rogatur: Quicumque rogatur, ut Deus, ille cultu devotæ adorationis rogatur, & rogari debet.

Quid

## XIX.

Quid ergo obstat, quo minus hanc petitionem Regali eodem loco habeamus, quo adorationem Magorum, Matth. 2. v. 11. cæci sanati, Joh. 8. v. 38. Matth. 20. v. 30. Mulieris chananæ, Matth. 15. v. 25. Leprosi, Matth. 8. v. 2. Discipulorum naufragium timentium, Matth. 8. v. 25?

## XX.

Si infirma fides ipsius, nos non sinit præsumere tam luculentam & explicitam agnitionem hujus majestatis divinæ: Sufficit ad gloriæ seu cultus hujus manifestationem, si tribuamus divinæ dispensationi, quæ simplicitatē viri supplicis huc deduxit: Quem admodum ex ore infantium & lactentium suam laudem præparat, Psalm. 8. & puerorum linguas ita gubernavit, ut Christum super asina invecum Jerosolymis, tanquam *benedictum in nomine Domini* exciperent, Matth. 21.

## XXI.

Quod igitur Regulus infirmā & quasi implicitā fide fecit, nos confirmata & solidis fundamentis superstructā facere non desistamus juxta perspicua testimonia, Hebr. 1. v. 6. ex Psalm. 97. Phil. 2. v. 9. Apocal. 5. v. 12.

## XXII.

Hostes hujus majestatis Calvinianos & Jesuitas hac in parte nihil moremur, qui non tantum cultum & fiduciam devotæ invocationis, sed etiam in universum communicationem divinæ majestatis realem humanitati salvatoris nostri denegant, eandemq; à cooperatione divinorum miraculorum excludunt.

## XXIII.

Quia autem Regulo non solum fides secundum gradus & incrementa tribuitur, sed etiam fides commendata, quæ impetravit quod voluit; quæ diligenter indagavit certitudinem promissionis; quæ domesticis omnibus exemplo fuit ad laudabilem imitationem: Non abs re fecerimus, si de fide nonnulla pro ratione nostri textus, distinctius proponamus.

## XXIV.

Solicitude hujus considerationis meritò nobis omnibus incumbit. Quia sine fide nemo Deo placere, nemo ipsum accedere potest, H. br. 11. v. 6. Nemo nisi ex fide rectè erit, Jacob. 1. v. 6. Nemo etiam salutem animæ sibi polliceri potest, Joh. 3. Marc. 16. Ubi certè non qualicumq; fidei persuasionem, sed certa fide opus est.

*Fides di-  
versa si-  
gnificat.*

In sacra scriptura plures extant significationes fidei, quæ non sunt confundendæ. Accipitur enim <sup>1</sup> pro constantia in servandis promissis, Rom. 3. v. 3. <sup>2</sup> pro fidelitate officii, Tit. 2. v. 10. <sup>3</sup> pro Justitia, Psal. 119. v. 75. <sup>4</sup> pro conscientia vera fide roborata, Rom. 14. v. ult. <sup>5</sup> pro virtute miracula edendi, 1 Cor. 13. v. 2. <sup>6</sup> Pro fidei professione, Jac. 2. v. 14. <sup>7</sup> Pro doctrina fidei, Eph. 4. v. 5. <sup>8</sup> Pro assensu, Joh. 4. v. 50. <sup>9</sup> pro constantia in vera doctrina, Rom. 1. v. 8. <sup>10</sup> Pro fiducia, Math. 15. v. 28.

## XXVI.

*substantie*

Fides autem strictè accepta notat firmam fiduciam, qua quilibet fidelis promissiones Dei etiam sibi accommodat, nihil dubitans, sibi dictas, sibi etiam ratas illas fore, quas ex verbo patfacto cognovit & certo assensu amplexus est.

## XXVII.

*generaliter*

Generaliter enim omnes promissiones intuetur: Quemadmodum hoc loco fides Reguli illi verbo innixa est, quo Dominus integram valetudinem & prorogationem vitæ, filio cum febris lethali ter confictanti promiserat.

## XXVIII.

*Fidei pro-  
prietates.*

Hujus fidei, adhuc in generalitate sua consideratæ, plures sunt proprietates, quarum potiores etiam in hoc Regulo lucent, <sup>1</sup> *Notitia*: Nam de Christo ejusq; misericordia & potentia profusus ignota fiduciam concipere non potuisset. <sup>2</sup> *Applicatio*: generalium promissionum ad propriam personam & necessitates: Sicut Regulus sibi apprehendit testimonium de gratia & virtute Jesu Nazarenæ <sup>3</sup> *Nisi* non propria dignitate aut merito, sed mera gratia illius, quem fides respicit. Certè Regulus noster ad solam commiserationem Domini confugit. <sup>4</sup> *Nisi verbo πειραστος* & adæquate, non miraculis, vel aliis extraneis adminiculis: id quod Dominus perspicuè innuit. <sup>5</sup> *Firmiter considerare* sine hæsitacione: Hanc quidem caru subingerit, sed fides reluctatur & reluctari debet. <sup>6</sup> *Antevertit experientiam*: Sic Regulus credidit sermoni Christi, antequam complementum renunciarent serui, v. 50. <sup>7</sup> *Confessione* quasi fortas prodire, tum ad varia exercitia pietatis, tum ad proximam ædificationem, v. 13.

*v. 50.*

*v. 13.*

*v. 13.*

## XXIX.

*specialissime*

Quatenus autem fides specialissima & excellentissima promissionem

tionem DEI, de remissione peccatorum & salute, gratis propter Christum oblata, h. e. Evangelii propriam & principalem apprehendit: Eatenus justificans & salvifica fides appellatur.

## XXX.

Una nihilominus est fides Christiana, quæ diversa sua officia, secundum diversos casus, necessitates & promissiones exerit. Multis Dominus manuductione promissionum & auxiliorum corporalium fidem excitavit & paulatim confirmavit, donec ad modò dictum perfectissimum gradum assurgerent, videlicet æternam animæ salutem in se solo quærerent. Vicissim in multis fides justificans primas radices agit, quæ postea paulatim omnes alias promissiones amplectitur, iisque innixa contra omnes necessitates, pericula & tentationes pugnat.

## XXXI.

Imprimis de vera fide observari debet, quod nusquam sine omnibus bonis operibus habitare soleat, sed per charitatem efficax sit, ad exemplum hujus Reguli, qui sua fide <sup>1</sup> profuit filio ægroto ad recuperandam sanitatem. <sup>2</sup> Domini gloriam publicè illustravit. <sup>3</sup> & universam domum suam ad meliorem mentem per gratiam DEI adduxit.

## XXXII.

Sic etiam quòd dubitationem non foveat, tanquam soxorem germanam, sed potius expugnet & expugnare debeat: Ex eo manifestum est, quia Regulus, quantum in fide semel concepta crevit, tantum pro certitudine exactissima laboravit, per sollicitam percontationem, qua hora melius habuerit natus,

## XXXIII.

Caro nostra satis audax magistra est ad subjiciendas varias tentationes & flabra dubitationis: Quemadmodum autem Deus fideliter adminicula suppeditat ad certitudinem fidei magisq; stabilendam, nempe multitudinem promissionum ad eundem scopum collineantium; vivas consolationes ministrorum verbi; Sacramentorum usum; exempla strenuè militiam nostram militantium, &c. Itanos hæc omnia diligenter sectari, præcipuè autem assiduè autem scripturas percontari debemus, Psal. i. v. 2. Joh. 5. v. 39. Rom. 15. v. 4. 2 Tim. 3. v. 16.

## XXXIV.

Rectè hac ratione faceremus ad perpetuam alacritatem

*Fides quatenus justificat.*

*unusquisque*

*Fides vera non est sine bonis operibus.*

*Excludit dubitationem.*

conscientiæ nostræ, tam in adversis, quam in secundis rebus: quàm Pontificii, qui miseris conscientis à se seductis, etiamsi in Christum verè credant, tantopere dubitationem, an sint in gratia apud Deum? injungunt, quanto studio veræ humilitatis virtutem omnes Christiani sectari debent.

XXXV.

*Infirmas fides non est dubitatio.*

Infirmate sanè interdum laborat fides, non tantùm in diversis hominibus, sed etiam in eodem, diversis temporibus & casibus: vera tamen fides etiam infirma fides est & nequaquam cum dubitatione confundenda, utpote contra quam potius, quantalacumque est, pugnat.

XXXVI.

Sic Reguli fides duplici infirmitate laborabat. 1. Presentiam Domini postulabat, qui absens sanare poterat. 2. In Galilæa demum quærebat Christum, quem etiam in Judæa inquirere debuisset, si suæ salutis & filii rationem tempestivè habere voluisset: Nihilominus ad Christum adduxit, à quo unicè pendeat, & ut dixi, legitimis mediis adhibitis, diligenter ad solidius robur eluctari studuit.

XXXVII.

*Christus est Deus omnipotens.*

Ipsa miraculosa sanatio, absque omni apparatu mediiorum, quasi solo nutu arcano facta, arguit infinitam potentiam Salvatoris nostri, eumque glorificat, ut verum DEUM, qui solus vocat, que non sunt, ut sint, Rom. 4. v. 17. Psal. 33 v. 9. Esa. 48. v. 13.

XXXVIII.

*Glossa Costeri.*

Ad annihilationem hujus argumenti spectat opinio Costeri, qui putat, Regulum credidisse sermoni Domini (filius tuus vivit) non quasi sanationem dedisset, sed tanquam singulari revelatione scientis & indicantis, quod filius convalesceret, pag. 562. part. 1. conc.

XXXIX.

Injuriam autem faciat Regulo, cui talem opinionem contra testimonium Evangelistæ affingit: Is in primo statim accessu intentionem fiduciæ suæ ita explicavit, quod ab ipso Domino, non prædictionem de exitu morbi, sed ipsam sanationem, expectaret & peteret: Rogavit enim, ut descenderet (hæc præscriptio infirmitatis fuit) & sanaret filium suum (hoc fiduciæ erat.)

XL.

Nónne tota domus ad imitationem heri domestici, & per annuncia-

annunciationem sermonis: *Vivit filius tuus*, credit Christo? Num verò, ut *Veridico*, an potius, ut *medico* omnipotenti & admirabili restauratori ipsius valetudinis? Certè nulla *fide* opus erat ad credendum, *filium* verè *convalluisse*: *auris* enim cōvincebat: Christo credebant, quòd omnino, *etiam absens*, prætstitisset auxilium, quòd ab ipso *Regulus* anxie petierat.

## XLI.

In simili fiducia erga Jesum Christum crucifixum nobis standam est, quòd habeamus Deum in salvationes, Psal. 68. v. 21. cuius etiam caro (propter inhabitantem plenitudinem Deitatis & virtutis) vivifica est, Joh. 6.

## XLII.

Eius, ut & patris cœlestis, providentiam ita agnoscamus, quòd non tantùm sublimia ad cœlestem hierarchiam, vel ad majestaticam gubernationem huius universi pertinentia: Sed etiam minutissima quæque, imò omnia & singula secundum omnes circumstantias observet & curet.

## XLIII.

Videmus enim, nos ipsi curæ esse in febribus & morbis qui busvis, in naufragio, Act. 28. Job. 1. In itinere, Gen. 28. In fuga, Psal. 56. In carcere, Act. 16. In profundo maris, Est. 4.6. In utero matris, Psal. 139. In exitu & introitu nostro, Psal. 33. 121. & 139.

## XLIV.

Ipse etiam *temporum momenta* accuratissimè observat, ut tempore suo, h. e. opportuno, succurrat, Psal. 145. v. 15. Ecclesi. 3. v. 11. Joh. 2. v. 4. Judith. 8. v. 13. Act. 1. v. 7. Luc. 5. v. 5. 6. Psal. 130. v. 6. Sationi huius filii *hora septima*, v. 5. 2. Hæmorrhœ hæ periodus duodecim, Matt. 9. Egrotò ad Bethesdam seu Probaticam, triginta octo annorum, Joh. 5. destinata fuit, Nobis omnibus ab ipso terminus vitæ & mortis constitutus est, quem transire nemo potest, Job. 14.

## XLV.

Absit ergo ab omnibus fidelibus stoica fatuitas, qui non fatum à Deo, sed Deum à fato, absoluta necessitate concatenato, suspenderunt: Absit Epicuræa securitas, quæ verbis pariter & factis divinam omnium subterrestrium curam abnegat, Psal. 14. Syr. 16. v. 16.

## XLVI.

Potrò ex verbis Christi: *Nisi signa & prodigia videritis, non erideteris*, præcipuè æstimare debemus rigorem Pontificiorum, qui

*Providentia Dei etiam minutiora observat.* d. 16. Tr. p. 292.

*o. n. m. p. 118. d. 37.*

*Contra fatum stoicū.* d. 10. Tr. p. 119.

*An miracula, ut nono Ecclesia, et petenda?* d. 8. Tr. p. 75.

non tantum à nostra Ecclesia miracula flagitant, sed etiam perpetuam veræ Ecclesiæ notam esse gloriam miraculorum contendunt.

## XLVII.

Non omnia  
mirabilia  
sunt mira-  
cula. *Deo.*

Miracula  
quid?

Quod ut evidentius fiat, paulò altius doctrinam de miraculis repetemus. Miraculi nomine, in hac quæstione, non quævis huic vel illi mirabilia (habet enim natura quoque sua occulta miracula, quæ Philosophi sic vocant: Et per præstigias Diaboli multa fieri solent, quæ in stuporem & admirationem trahunt homines, externum tantum corticem rerum intueri valentes.) Sed illa opera intelligimus, quæ supernaturali virtute, vel contra uniuersæ naturæ cursum, vel supra omnes ordinarias virtutes creaturarum fiunt.

## XLVIII.

Hinc miraculis Deus majestatem suam, ad confusionem fictitiorum Deorum demonstravit: Christus etiam per miracula gloriam suam divinam manifestavit, Joh. 2. v. 11. c. 5. v. 36. Quia solus Deus mirabilia facit, Psal. 72. v. 18. & 136. v. 4.

## XLIX.

Quomodo  
mirabilia  
Satana à ve-  
ris miraculis  
differant?

Ab his veris miraculis *mirabilia*, quæ Satanas vel ipsius organa, Pseudodoctores & similes operantur, longè dissident. 1. Hæc ut plurimum sunt *Φανίπδα* & putativa per fascinum, præstigias & illusiones simplicibus, causas rerum ignorantibus, imponentia: Divina verò re ipsa talia sunt, quæ videlicet contra & supra indolem creaturarum verè producta. 2. Satanas agilitate & subtilitate sua naturalibus viribus & actionibus ad sua prodigia utitur: Deus autem ipsam rerum naturam mutat, & contra vel præter ordinatiam inclinationem agere & pati jubet. 3. Deus vel immediatè, quasi arcano nutu, vel per sanctos homines, vel minimum per ordinariam vocationem hominum, miracula facit: Diabolus autem utitur veneficis, hariolis, sagis & similibus Dei & naturæ hostibus. 4. Cumque Deus, etiam quando famulatio creaturarum aut ceremoniarum utitur, simplicissimè procedat: Satanas, non modò ludicos & superstitiosos, sed etiam horrendos modos suadet, nocturnas tenebras, solitudines, laniationes bestiarum, decoctiones, venena, abusum verbi divini, characteres & figuras. 5. præcipue autem sine differunt: Miracula vera illustrant gloriam Dei, doctrinam veram confirmant, & in pietate ædificant; Satanas au-

tem

tem idolatriæ patrocinator, seductionem & perditionem hominum molitur, hæreses & mendacia confirmat.

L.

Ideo *falsa* dicuntur ipsius prodigia, non illo tantum modo, quia sub præstigiis & illusionibus pro miraculis obtundunt, quæ revera mira non sunt; Sed etiam & potissimum ideo, quia fallunt & ad mendacia deducunt; Quia tum Satanas, tum seductores eius, *per signa haberi volunt, quod non sunt; ut decipiant, quos circumventuri sunt*, ut Ambrosius in 2 Thell. 2. loquitur.

L I.

Quod igitur attinet miracula *Φαινομένας* talia, ludicra, falsa, Diabolica, magica, &c. extra controversiam, talia neque petere, neque expectare, neque admirari, sed potius omnibus modis averfati & detestari debemus.

L II.

De divinis & veris miraculis accipienda est reprehensio Domini, quæ in Regulo & aliis auditoribus sui temporis improbat, quod *unicè à miraculis penderet*, & fidem vel ipsi vel concionibus adhibere nollent, nisi ad placitum & proprium desiderium miraculis convincerentur & quasi obrunderentur, Matth. 16. v. 1.

L III.

Errarunt igitur non in eo, quod miracula magnifacerent, ut pote quæ semper eo sine à Deo facta & commendata sunt, ut gloriam ipsius manifestarent coram hominibus, eorumque timorem & reverentiam excitarent; Sed in isto, quod putarent, miracula esse sufficietia & quasi solitaria testimonia fidei & veræ doctrinæ.

L IV.

Hunc errorem adhuc hodie errant Papistæ, docentes, *miracula esse efficacia & sufficietia testimonia veræ fidei & religionis; Ideo, esse genuinam notam veræ Ecclesie*; Nostram Ecclesiam doctrinam & religionem ideo & tandiu rejicientes, donec illius certitudinem miraculis demonstremus.

L V.

Meritò igitur istis miraculorum exactoribus obvertimus præter verba Christi in nostro textu: *Non creditis, nisi prodigia videritis*; Etiam illa vehementiora, Matt. 16. v. 4. Natio mala & adultera signum requirit; Sed signum non dabitur ei, nisi signum illud Jonæ Prophetæ.

Y 3

Sunt

Quomodo  
falsa?

b. 2. 7

b. 2. 8

School of  
St. John's  
College  
Cambridge

*Quando  
& quomodo  
miracula pe-  
tere licuit?*

Sunt sanè miracula divina semper magnificanda & amanda:  
Ea etiã priscis temporibus, quando vel colloquia Dei cum Pa-  
triarchis, vel oracula & immediatæ revelationes adhuc vigerunt,  
non quidem ex propria incredulitate, sed in gratiam aliorum, con-  
firmatorum, petere licuit, Gen. 12. Jud. 6. Esa. 7. v. 38. 1 Reg. 18.  
Præsertim in primitiva Ecclesia, quando miraculorum designatio  
Apostolis expressè promissa fuit, Marc. 16. & publicè de dono mi-  
raculorum in Ecclesia constabat, Act. 2. 8. 19. &c.

## LVII.

Imò pios adhuc non dedecet, si in summis necessitatibus &  
defectu omnium humanorum præsidiorum exclament cum Da-  
vide: *Fac mecum signum in bonum, & videant odio habentes me & pu-  
dore afficiantur, quòd tu Jehova adjuveris*, Psal. 86. v. ult. Vel cum Sy-  
racide: *Nova e de signa variaq; miracula: Ostenta manum, brachiumq;  
dextrum, ut miranda facta tua prædicent*, cap. 36. v. 6, 7. Scilicet, si mo-  
dum & tempus prorsus in liberrimo arbitratu Dei debita Humili-  
tate relinquunt, & quicquid tandem faciat Deus, in eo fide, jam  
dudum ex verbo Dei confirmata, plenissimè acquiescant.

## LVIII.

*Quomodo  
malè petan-  
tur miracu-  
la?*

Nihilominus mala est intentio eorum, qui miracula petunt,  
1. Velez dubitatione de omnipotentia, misericordia & providen-  
tia Dei, cui tamen univèrsa scriptura abundantissimum testimo-  
nium perhibet. 2. Vel quando certa species signi Deo præscribi-  
tur, Luc. 11. v. 16. 3. Vel quando prioribus miraculis non acquie-  
scimus, & subinde nova postulamus, more Judæorum, Matt. 12.  
v. 1. 1 Cor. 1. v. 22. 4. Vel quando alias speciales revelationes de-  
sideramus, qui secundum præscriptum verbi vias dirigere de-  
bemus.

## LIX.

*An hodie  
in casu diffi-  
cili signum  
petendum?*

4. Ultimo modo halucinantur illi, qui simunt postulare signum  
à Deo super oblata vocatione difficili; in dubiis & periculosis casu-  
bus, in trepidatione cordis, an Deus tecum sit, ut & quando sana  
doctrina in dubium vocatur, (P. Martyr Clafs. 1. Locorum. Pe-  
terius Tom. 3. disput. in cap. 24. Genes.)

## LX.

Nos verò ex verbo Dei & exemplis Sanctorum scimus, præ-  
cibus

cibus hic opus esse, quibus divinæ moderationi & benedictioni vias nostras commendemus, nec non humili obsequio & firmâ fiducia promissiones ipsius, juxta Psal. 17. 25. 37. 1 Pet. 5.

## LXI.

Nonne Salvator noster in summis & dubiis difficultatibus fuit constitutus, sub tentationibus Satanæ, Matt. 4? Idem tamen nullum signum postulavit a Patre cœlesti, sed solis armis sacrarum litterarum sese tutatus est.

## LXII.

Quotiescunque vera religio impetitur, non ad prodigia, quæ astu Satanæ decipere possunt, 2 Theff. 2, sed ad legem & testimonium, Esa. 8, recurrendum est.

## LXIII.

Tertio modo Papistæ non tantum inter sese à Deo expectant, se sed etiam à nobis morosè flagitant nova miracula, cum tamen nos illam ipsam doctrinam profiteamur, quam continent scripta Prophetarum & Apostolorum, jamdudum miraculis divinis satis confirmata & commendata.

## LXIV.

Quorum exactio tantò minus ferenda est, quia 1 doctrinam firmissimo verbo Prophetico, 2 Pet. 1. innixam, contra quam ne quidem Angelus audiendus est, Gal. 1. ex miraculis examinare volunt, cum tamen miracula ex doctrina æstimanda sint. 2 Perpetuationem miraculorum divinorum necessariam judicant, eo ipso, quòd miraculorum gloriam, notam veræ Ecclesiæ, etiam in his ultimis temporibus, constituunt. 3 Gloriantur de miraculis Romanæ catholicæ Ecclesiæ, quæ tamen rarissima, conficta adeoque propriis gregalibus suspecta, minimùm verò signa efficacia Antichristi sunt, juxta prædictiones, 2 Theff. 2, Matt. 24.

*Cur Papi-  
stæ iniquè  
faciant mi-  
racula postu-  
lantes?*  
vid. de. s.  
d. 3. p. 95.

## LXV.

Nos memores increpationis Christi toties repetitæ, nunquam consentiemus in hujusmodi pervicacem temeritatem: Atque nihilominus Evangelicæ doctrinæ depositum fideliter custodiemus, ingennè profitebimur, & constanter asseremus; quippe, cujus gloria per insignia miracula Christi & Apostolorum, ante aliquot secula, coram toto mundo, illustris reddita est.

## LXVI.

DEI neque virtutem abnegamus, neque manum miraculofam alligamus, qui sine dubio singulis annis multa miracula facit, quæ non observamus ex oscitantia, vel ignoramus alibi edita, vel non capimus per imbecillitatē, (certè quoad doctrinam Ecclesiæ, continuum miraculum est, Christo credi in mundo, 1 Tim. 3. v. ult. inter perpetuas contradictiones hæreticorum ipsiusque carnalis iudicii in singulis hominibus) interim neque nos Deum tentare audemus, neque debitores sumus, vel Pontificiis vel aliis, ad exhibitionem miraculorum, quibus sinceritas nostræ religionis, legitima nostrorum ministrorum vocatio, & dignitas nostræ Ecclesiæ comprobetur.

## LXVII.

Argumen-  
tum I.

Ratiocinamur hunc ad modum: si miracula edere solent etiam Pseudodoctores, & quidem talia actantia, quibus etiam electi seducerentur, si fieri queat: Miracula per se neque sufficiens signum fidei orthodoxæ, neq; nota infallibilis veræ Ecclesiæ, esse possunt: Sed verum est prius, Ergo etiam posterius.

## LXVIII.

Ne dicam de exemplis Magorum, Exod. 7. Simonis Magi. Act. 8. Donatistarum, Novatianorum, quorum miracula & gloriatio de miraculis, ex historia Ecclesiastica nota est: Assumptio probatur dictis Deut. 13. v. 1. Matt. 7. v. 21. c. 24. v. 24, 25. Luc. 11. v. 19. 2 Thess. 2. v. 9. 10. Apoc. 13. v. 13. Quorum tanta evidentia est, ut ne adversarii thesin inde extructam negare valeant.

## LXIX.

Sufficiant nunc duo testimonia: Primò, Pererii, c. 7. in Genes: *Etiam heretici per sacra verba, aut nomen Christi, aut Sacramenta Christiana expellunt demones: malum jubentibus voluntario cedunt demones; invitati verò in honorem excellentissimi Imperatoris Jesu Christi.* Deinde Maldonati, super c. 7. Matth. ubi simul patrum autoritatem adducit: *Chrysostomus, Hieronymus, Euthymius, Theophylactus probant exemplis, etiam per alios quam Catholicos vera miracula fieri: Et ex hoc ipso loco (videlicet Matth. 7. v. 22.) Multi dicent in illo die, & c. facile colligitur falsos illos Prophetas, de quibus Christus loquitur, VERA miracula fecisse, verè prophetaffe, verè demonia eiecisse: Nec enim responderet Christus, mentiri eos, sed se eos, quamvis ista fecerint, non nosse. Nec*

*magnum est, si moneret nos, falsa miracula facientibus ne crederemus, sed magnum & admirabile est omnino, quod monet, ne falsis Prophetis credamus vera etiam miracula facientibus.*

## LXX.

Quæ posteriora verba Maldonati simul adstruunt connexionem nostræ propositionis majoris: Si enim miracula notarent veram Ecclesiam infallibiliter, & sufficiens signum forent veræ fidei: Omnino novisset Christus etiam Pseudodoctores illos; Omnino etiam falsis Prophetis credendum esset, miracula **VERA** facientibus.

## LXXI.

Simul etiam destruunt exceptionem, quæ vim argumenti effugere conatur Bellarminus, lib. 4. de Ecclesia, c. 14. mihi, Tom. 2. col. 210. Respondeo, *Miracula Antichristi fore MENDACIA, id est, non vera & solida, sed apparentia, vel mirabilia hominibus, non tamen absolute miracula, qualia arte demonis fieri possunt. Id patet ex Apocalyp. c. 13. Ubi pro maximis Antichristi miraculis ponitur, quod faciet ignem de caelo descendere, & ut imago bestie loquatur: Hec autem facilissima esse Diabolo, palam est: At miracula sanctorum sunt illuminationes cæcorum, curationes claudorum, excitationes mortuorum, quæ non nisi eius virtute fieri possunt, de quo canimus Psalm. 135, qui fecit mirabilia magna solus.*

*Exceptio  
Bellarmini  
refutata.*

## LXXII.

Apparet, Bellarminum eò confugere, quod Antichristi & Pseudodoctorum miracula, non **VERA**, sed tantum apparentia sint, cum tamen ipse de veris tantum loquatur, quando notam Ecclesiæ in illis ponit: Falli autem Bellarminum docuit Maldonatus, & cum illo alii plures in Scholis Pontificiorum: Er rectè quidem.

## LXXIII.

Nam signa Antichristi vocantur **MENDACIA**, non quòd omnia fiant per sensuum & phantasmatis ludificationem, ut quod non sit, esse tamen videatur: *Sed quia vel ad mendacium pertrahunt, dum creduntur fieri virtute divina, vel quamvis sint res vere, tamen non supernaturali virtute facte sunt* (Aut Jansenius, in Concordia Evangelist. cap. 123) Addo, quia fiunt ad confirmationem idolatriæ, superstitionis & falsorum dogmatum,

Bellarminus  
sibi contra-  
dicit.

LXXIV.  
Quod Bellarminus attulit de illuminationibus cæcorum & excitationibus mortuorum, quasi tales nunquam falsæ, sed semper veræ & sanctorum hominum propriæ sint: Refutat ipse, lib. 3. de Rom. Pontif. c. 15. Tom. 1. col. 750. his verbis: *Signa Antichristi multa mendacia erunt. etiam ratione materia, quia erunt Phantastica & prestigia quedam: Videbitur enim EXCITARE mortuos & sanare egrotos: Sed illusiones demonum erunt, non veræ excitationes aut sanitates,*

LXXV.

Quis jam, etiam oculatissimorum quorumvis, poterit discernere veras sanationes ab illusionibus, cum species externa, in sensus incurrens, utrobique sit eadem? Imò cum tam plausibili specie sint apparitura miracula pseudodotorum, ut etiam electis Dei difficultatem & seductionem machinentur, Matt. 24. v. 24?

LXXVI.

Unde jam alterum argumentum extruimus: Quicquid humana discretionem discerni non potest per se, etiam ab electis, illud non potest esse infallibilis nota vel Ecclesiæ, vel sinceræ doctrinæ: sed miracula per se, an verè divina & supernaturalia, an verò mendacia sint, discretionem humana dijudicari nequeunt; Ergò.

LXXVII.

Præterea si doctrinæ potior est ratio, quàm miraculorum, ita ut tantum miracula, quæ veritatem doctrinæ conjunctam habent, attendenda; miracula secundum doctrinam, non verò doctrina secundum miracula judicanda sit: Falsa iterum est præsumptio Pontificia, & iniqua flagitatio miraculorum. Sed verum prius, Ergò etiam posterius.

LXXVIII.

Minor probatur 1. regulâ per Mosen proposita, Deut. 13. v. 1, 2. 2. Consilio Abrahamæ, Luc. 16. v. 29. 3. Commonefactione Domini, Matt. 24. v. 23, 24. 4. Methodo Christi & Apostolorum, qui conciones testimoniis Prophetarum stabilitas præmiserunt, & postea, non circa singulas conciones, vel omnibus in locis, sed rarius miracula subjuxerunt, 5. Exemplo Berænsium, qui non ignorabant miracula Apostolorum, non tamen ex illis solis, sed ex scripturis, prædicationem Pauli judicabant, Act. 17. v. 11. 6. Denique testimonio Adversariorum: Ferus enim ad locum Matt. 24. annotat: *Non doctrina ex miraculis sed ex doctrina miracula estimanda*

Argumen-  
tum 2.

Argumen-  
tum 3.

da sunt: Et Maldonatus ex tota sua dissertatione de miraculis, etiã Antichristo possibilibus, illud *νότοςμα* elicit: *A miraculis quidem argumentum extrahi posse, sed non necessarium.*

## LXXIX.

Si miracula non necessarium sed tantum probabile argumentum præbent, non necessariò & infallibiliter ex miraculis vera Ecclesia innotescere potest: Sed prius statuit Jesuita, vi veritatis superatus. Ergo cum Bellarmino miraculorum gloriam pro nota veræ Ecclesiæ recipere vel obtrudere non potest.

## LXXX.

Omnium minimè audire postulata Pontificiorum debemus, postquam donum miraculorum, post Evangelium, in primitiva Ecclesia aliquot seculis, satis illustratum, profus cessavit: Quod qui negat, ipsam experientiam & unanimum consensum B. Patrum negat.

## LXXXI.

Sentiamus cum Chrystostomo: *Tempore Apostolorum utiliter fiebant miracula, & nunc utiliter non fiunt.* Quæris causam? 1 Quia de ultimis temporibus nulla prædictio extat de veris miraculis, quibus credendum est, sed tantum exhortatio de signis Antichristi & Pseudodoctorum, quæ cavenda sunt. 2 Miraculosum donum linguarum (& sic alia quòque miracula) est signum, non iis, qui credunt, sed infidelibus: *Prophetia verò non infidelibus, sed fidelibus, 1 Cor. 14. v. 22.*

## LXXXII.

Beati, qui non vident, & tamen credunt, Joh. 20. v. 29. Infidelibusne aggregari volunt, qui signa postulant ab iis, qui doctrinam Apostolorum longè majori cum reverentia suscipiunt & tractant, quàm ipsi?

## LXXXIII.

Beatus Lutherus ipsiusq; sectatores neq; novam doctrinam attulerunt (conformis enim est antiquæ fidei Apostolorum) neq; extraordinariam seu immediatam vocationem jactarunt (vocati enim sunt secundum ordinem divinitus institutum, licet non secundum ritum tum temporis in falsa Ecclesia usitatum) Ergo miraculis opus non habuerunt etiam ex hypothesi Papistarum, qui miracula necessaria statuunt, *non nisi ad veram fidem aut missionem extraordinariam persuadendam, Bellarm. lib. 4. de Eccles. c. 14.*

Argumentum 4.

Argumentum 5.

Argumentum 6.

vid. Nott. Antihum. gub. 207

*Instantia  
Bellarmini.*

LXXXIV.  
Dum Bellarminus novitatis maculam nobis innuere, & solidè ex scripturis ostendere non valet: Illud objicit, Eodem loco, col. 207. *Constat eos saltem aliter docere, quam docent ordinarii pastores Ecclesie: Constat etiam eos non missos ab ordinariis palto-ribus: Ergò non tenemur eos recipere, nisi suam missionem divi-  
no testimonio probent.*

LXXXV.  
Verùm nos constanter asseveramus, in tali casu non opus esse testimonio miraculorum; ad quod probandum, solum exemplum Johannis Baptistæ sufficit, qui aliter docuit, quàm ordinarii doctores illius temporis; Non etiam missus fuit, ratio ne tum temporis ordinariâ, & tamen miracula nulla fecit.

LXXXVI.  
Hæc quamvis Bellarm. d. 1. de Joh. Baptistâ negare aufit (sicut etiam de Fr. Bartscio, Decad. 1. disp. 4. ostensum est) validiora tamen sunt testimonia Evangelistarum, singula membra expressè confirmantia, Luc. 7. v. 30. Joh. 1. v. 19. & seqq. Joh. 10. v. 41.

LXXXVII.  
Quando gloriantur Pontificii de fabulosis suis (de ludicris, ridiculis, absurdis, pudendis & magicis, videantur legendæ aureæ) miraculis ex India narratis: Nos quotidiana *m Dei misericordis* miraculum jactamus & grata mente veneramur, quodd multa myriades hominum ab erroribus papatus, ministerio repurgati Evangelii, jam tum liberatæ sunt, & adhuc liberantur; frustra fremente & oblectate Antichristiano & Infernali regno Satana: Id quod supra quoque ex loco 1 Tim. 3. innuimus.

### *Pauca de Abusibus.*

LXXXVIII.  
Tractationem abusuum, qui quidem occurrunt, possemus circa hoc Evangelium prætermittere, tum quodd vanitas eorum facilè cuivis apparet, tum explicatio ex superioribus disputationibus transfusi potest; Sed patiamur istos locum suum ordinarium obtinere.

LXXXIX.  
*Abusus con-* Præsentiam corporis & sanguinis Christi in cœna, quæ in his terris

terris per elementa panis & vini dispensatur, Sacramentarii hoc modo impugnant: Oecolamp. in Comment. *Videte, qui de corporali presentia Christi contendunt, quid agant, cum nemo neget, gratiam ubiq; esse & Deitatem, & illi corpus Christi etiam habere volunt.* Nahum concio, p. 794. *Ubiquitarii sunt magni praecones omnipotentiae, qui putant, Christum non posse nos pascere suo corpore, nisi è caelo in terrestria Symbola deducatur: Si potuit corpore absens sanare hunc moribundum, certe etiam nos, spiritualiter esurientes & sitiientes, corpore suo crucifixo, licet in caelo maneat, pascere poterit.*

*tra presentiam carnis Christi in cena.*

## XC.

Breviter respondemus: Non quaeritur à nobis de potentia Dei, sed de voluntate, quam Christus institutione sua patefecit: Ideoque ad argumentum Nahumi dicimus: A posse ad esse non valet consequentia. Si voluisset absens pascere, omnino (nobis facile agnoscentibus) potuisset quoque, sicut etiam virtute corporis & sanguinis sui pavit fideles in V. T. cum substantialiter non dum esset; sicuti mactatus est agnus Dei ab origine mundi, antequam in mundum nasceretur & pateretur, Apoc. 13.

## XCI.

Falsò igitur nobis imputatur, quòd omnipotentiam Dei confessione nostra in dubium vocemus: provocamus ad assertionem omnipotentiae divinae, quam blasphemis pronunciatis quorùdam Calvinianorum hoc ipso in articulo opponimus.

## XCII.

Per calumniam etiam nobis tribuitur illa opinio, quasi locali descensu corporis Christi è caelo in terrestria elementa opus sit; vel quasi cum Regulo hoc dubitemus, an absentis gratia spiritualis nobis sufficere queat, nisi etiam corporaliter ad nos veniat.

*Non opus est locali descensu Christi.*

## XCIII.

Corporali, & quidem multoties iterato, descensu & ascensu Christi hominis vel corporis ejus minimè opus est. Qui sedens in dextra Dei, super omnes caelos, Eph. 4. & sublimior caelis, Hebr. 7 tamen in nubibus die novissimo ad iudicium apparere potest, Matt. 26. Idem etiam, secundum modum incomprehensibilis suae majestatis, in mysterio sacramentaliter unire potest corpus suum cum pane benedicto, seu potius mediante pane, juxta institutionem & promissionem suam, exhibere corpus suum, ore manducandum

candum: Ut & omnibus locis adesse, juxta promissiones suas, Joh. 14, Matt. 18, & 28.

## XCIV.

Si Regulus hic habuisset promissionem, quod Christus venire vellet in domum ipsius, sicut Centurio, Matt. 8, v. 7. utiq; non reprehendendus fuisset ob petitionem: Domine descende & sana filium meum: Nos verò habemus modò allegatas promissiones & expressam functionem sacramentalem: *Edite, hoc est corpus meum*: Cur ergo, edendo panem in tertis, non simul peteremus, expectaremus & acciperemus corpus promissum?

## XCV.

Denuò igitur repeto, ut manifestius appareat fallacia causæ ab O Ecolampadio fabricata: Non volumus habere corpus Christi, quasi absens Christus, non sit omnipotens, sed quia verbo præsentia promissa est, & nullibi filius Dei est, nisi *ἑνταῦθα*: Postquam semel verbum personaliter caro factum est,

## XCVI.

Quod pro præsentia singulari in cena dictum est, simul pertinet ad asserendam generalem præsentiam Christi hominis, apud omnes fideles, in omnibus necessitatibus, in omnibus locis: Non enim eandem cum hoc Regulo infirmitatem produunt, qui sub nisi promissionibus, Matt. 18, & 28, Christi fratris sui præsentiam sibi pollicentur & ardentibus votis implorant.

## XCVII.

Ideirco nihil faciamus instantiam Nahumi, qui absentiam Christi à Capernaum in Chana, omni præsentia eiusdem opponit; Et simul cruda illa objicit: *Ubiquitas est ἑνταῦθα οὐρανὸς oralis esus: Et oralis manducatio est ἑνταῦθα οὐρανὸς ubiunitatis: Quod ubiq; est, non movetur ex loco in locum, ex manu ministri in os communicantis, &c.*

## XCVIII.

Confunditenim 1. Phylicas proprietates hominis vulgaris, cum majestate hominis *ἑνταῦθα οὐρανὸς*: 2. Et in Christo id, quod natura humana ex se habet, opponit illi, quod ex gratia unionis admirabilis, per communicationem *ἑνταῦθα οὐρανὸς* realem accepit. 3. Confundit statum humiliationis cum majestate exaltationis, quæ omnem servilem infirmitatem (ad tempus tantum liberè assumptam) excludit.

Quoad

Abusus  
contra omni-  
præsentiam  
Christi ho-  
minis.

4 Quoad dispensationem cœnz, confundit ipsum esum, cum modo. Unica est, nempe oralis manducatio, tum corporis tum panis, utpote sacramentaliter unitorum: Duplex autem est modus sumptionis (& in fidelibus triplex) Physica & communi ratione manducatur & masticatur panis, non autem corpus Domini: In mysterio sacramentaliter editur corpus Domini, non physico & sensuali modo: A fidelibus autem simul spiritualiter editur per fiduciam remissionis peccatorum, quæ manducatio etsi ad panem per se non refertur, omnes tamen hi modi in vero & salutari usu sacramenti concurrunt.

C.

Petrus Cluniacensis contra Petrobrosianorum thesin (quod propria fides ad baptismi fructum & ad salutem requiratur, juxta Heb. 2. Joh. 3. Marc. 16.) etiam exemplum huius Reguli producere solitus est: *Reguli fides filio sanitatem impetravit, neq; credibile est, Christum relictâ animâ, corpus sanasse. E. aliena quoq; fides salvat* (refert Cent. Magdeb. 12, col. 835.)

CI.

Rectè autem respondetur, secundum Centuriatores ibidem. 1 Non valet consequentia: *Fides aliena aliqua beneficia alteri impetrat*, Ergo etiam internam & spiritualem gratiam animæ & salutem ipsam. 2 *Credibile est* (etiamsi textus non exprimat, ut qui etiam ipse Reguli fidem, circa exitum & primùm aditum Christi tacet) ipsum ægrotum quoque magnam fiduciam in Christi misericordia & potentia collocasse. 3 Certè, quando tota domus credidisse dicitur Christo: Filius sanatus excipi non debet: Sic curata est anima ipsius ad salutem, mediante propria fide, quam ex institutione parentis, ut & ex ipsa miraculosa sanatione, (quæ fuit quasi practica concio Evangelii de Christo) concepit: Quem admodum infantes quoque per ipsum baptismum propriam fidem concipiunt, ut aliena ipsis non sit opus.

CII.

Septimâ horâ sanationem recuperavit filius Reguli, quæ nos de septenario numero admonet. Hujus frequentissimam mentionem in sacris non ignoramus, unde quibusdam placuit, eum mysticum appellare: Improbamus autem, quando vel Bassus ille apud

*Abusus  
quod fides a  
liena salvat. Jac. p. 168.*

apud Philastrium, fol. 19. b. vitam omnium hominum & generationem, non in Christi majestate & potentia, sed in numero electionum astrorumque septem, consistere asseruit: Vel Pontificii septem Sacramenta N. T. ut & septem horas canonicas, Secundum propriam, hoc est, Papisticam & superstitiosam distributionem, inde stabilire & persuadere conantur, Bellarmin. lib. 2. de Sacra. c. 26, Tympius in Rituali germ. c. 4. p. 48.

*De horis  
Canonicis.*

CIII.  
In quibus horis canonicis ista reprehendimus, quòd 1 ex sola autoritate præsulum Ecclesie, Bellarm. lib. 1. de bonis operibus in part. c. 10. 2 à clero sacerdotali, 3 linguâ ignotâ & tantum opere operato præcipitantissimè festinante, 4 cum opinione singularis meriti & satisfactionis coram Deo observantur & implentur.

CIV.  
Ultimum liberaliter concedit & defensat Bellarminus, d. 1. c. 12. *Commune est, ait, orationi cum aliis bonis operibus, ut sit meritoria & satisfactoria.* Atqui unicum hoc conspurcare & coram Deo abominabile reddere potest, etiam illud, quod aliàs in suo genere bonum esset: quâ de re aliàs.





DECAD. VI. DISPUT. VII.

DOMINICA XXII. POST TRINIT.

Matth. 18. v. 23. usque ad finem.

I.



Irca hujus Evangelii primum intuitu merito in mentem  
veniunt dicta de misericordia & justitia seu justa ira DEI:  
Sir. 2. v. ult: *Quanta est majestas DEI, tanta ejusdem est  
misericordia.* c. 18. v. 4. *Quis vim magnificentiæ ejus recen-  
seat? aut quis conetur miserationes ejus enarrare?* Rom. 5. v. ult. *Gratiæ  
DEI exuberat supra delicta.* 2. Sam. 24. v. 14. *Incidam obsecro in ma-  
num Jehova; quia multa sunt miserationes ejus, & in manum hominum ne  
incidam.* Sir. 3. v. 6. 7. *Nè dicat, misericordia ejus plurima est, multitu-  
dinem peccatorum mihi ignosces: Tam enim ira, quam misericordia ab  
eo properabit, ac super sceleratos furor ejus requiescet.*

II.

Nam secundum præsentem hanc & elegantissimam parabolam  
dicendum est: Quam dulcis concionator de venia & remissione  
peccatorum Christus est per Evangelium: tam rigidus est exactor  
debitæ obedientiæ, vel debiti per inobedientiam contracti per legem.

III.

Justitia legalis non minus ex verbo DEI declaranda & agno-  
scenda est, quam justitia Evangelica. *I. De justitia  
DEI legum*

IV.

Usque aded non exclusæ est lex & exactio ejus ex regno celo-  
rum, h. e. ex Ecclesia Novi Testamenti, puta lex moralis, secundum  
usus & fines, ad quos post lapsum promulgata est: ut potius in col-  
latione rationum cum servis debitoribus, videlicet cum miseris  
peccatoribus in toto genere humano, initium à coercionem legi faci-  
andum sit.

*Contra An. p. 77. v. no.  
110. m. 6. s. m. et p. p. 111.*

## V.

Lex est ex-  
ord. bito-  
rum.

Per legem enim agnitio peccati, Rom. 3. v. 20. Et lex non modo quasi Registrum est, in numero, distinctè, ordine & ex catalogo ostendens debita, Exod. 20. Deut. 27. & 28. Rom. 3. & 7. Psal. 51. Sed etiam strictum jus, vel plenam solutionem exigens, vel pœnam promeritam, h. e. omnimodam, infinitam & æternam, justè exigens.

## VI.

Lex, quæ in statu integritatis poterat non solum flagitare debitum, sed etiam recipere solutionem, si modò vires integras juxta imaginem Dei increatas homo rectè intendisset & adhibuisset, sicq; solvencibus seu obedientibus benivolus Rex mansisset in æternum, & impertendam etiam salutis beatitudinem cælestem: Eadem nunc, post amissas vires ad plenam solutionem necessarias, non amplius ad salutem & gratiam Dei impertendam data est, sed exactoris, accusatoris & damnatoris officio fungitur.

## VII.

Sic Rex noster, conferens enim servis rationem, lubens & cum perpetuatione suæ gratiæ, accepisset debitum, si debitor solvendo fuisset: Cum autem hic non posset reddere, etiam si misericors patriter & justus rex esset, tamen primò pro jure, non solum rationes omnes reddere jussit, sed etiam debiti solutionem strictè extigi: *justi Dominus vendari & uxorem ejus, & liberos & omnia, quæ habebat, & reddi, v. 25.*

## VIII.

Extremum  
judicium  
summa est.

Solemnis hic actus Regis audiendis servorum rationibus destinatus, in parabola nos admonet extremi judicii, ad quod *DEUS statuit diem* (ideoque necessitate decreti omnino venturum, etiam si illufotes ex diuturnitate moræ vanitatem præditionis sibi imaginentur, 2. Petri 3) *quo jussu judicaturus est orbem terrarum, per eum virum, quem designavit: Actuum 17. v. 31.*

## IX.

Quamvis enim per accusationem legis quotidie omnium auditorum

ditorum conscientiarum iudicentur; (unde, qui non credit, iam iudicatus legitur, Joh. 3. v. 18.) in prius autem in agone mortis uniuscujusque conscientia, stimulus legis exagitata, sententiam iudicariam recognoscat: tamen quia in hac vita exactum iudicium iustitiarum divina, inter pios & impios, neque satis innotescit, neque in executionem abit: ad declarandam æquissimam & immoram iustitiam DEI coram omnibus hominibus, panegyris novissimi diei est ordinata, Rō. 14. 2. Cor. 5. Matth. 12, 35.

## X.

Quandocumque autem Deus rationes à nobis exigit per legem, secundum rigorem legis, non virium nostrarum imbecillitatem; non extremam egestatem; non miseriam aut impossibilitatem nostram respicit: Sed, ut iustus iudex, & per intermissam solutionem, ut & offensionem pro solutione repositam, graviter offensus, jus suum petsequitur.

*Lex pro iud  
divino, non  
iusticia vires  
nostras fla-  
gitato*

## XI.

Quod dum facit per universum ministerium legis, quasi malico & ignito verbo conterens petras cordium, Jer. 23. v. 19. vulnens & mortificans, 1. Ssm. 2. v. 6. vehementer contristans nos, 1. Cor. 7. v. 8 9. dolorumque acerbissimorum punctioibus corda, oculos autem lacrymis implens, psal. 6, & 38. nequaquam abnega. vel oppugnat misericordiam suam pariter æternam & immutabilem, sed potius ad ejusmodi humilitatem debitorem adigit, qua salva iustitia, quod de se non poterat, deinceps gratis à misericordia impetrare queat.

## XII.

Sic Rex noster, iustitiam strenuè prosequendo, nequaquam violavit benignitatem & clementiam suam, quam usque ad iustum ordinis articulum integram, imò ardentissimam retinuit: sed potius rigidâ exactioe suâ, iustitiam tamen & tam æquâ, ut debiti omnia effugia præcluderentur, inopem ad agnitionem suæ miseriarum & ad deprecationem adduxit, qua ipsi optimè & compendiosissimè consecutum fuit.

## XIII.

Eò tendunt omnes comminationes & pœnarum temporales, nimirum ut in nos descendamus, & graviora per letitiam poenitentiam evitemus,

## XIV.

Quoties etiam ministri verbi potestate clavis ligantis ad veritas securos peccatores utuntur, vel eis absolutionem denegant, vel eos Satanae tradunt ad interitum carnis, 1. Cor. 5. non faciunt, vel contra debitam mansuetudinem, vel præter exemplum Archiepiscopi sui: sed sui Domini loco exactione funguntur, donec, si fieri queat, etiam indurati ad contritionem adducantur.

## XV.

Propter egest  
statem suam  
in culpa corru-  
tam debi-  
torum non est  
excusatum.

Absit ergò à nobis illa malorum debitorum perversitas, qui postquam mutuum, beneficà manu sibi elocatum, vel negligentia imprudentià, vel prodiga luxuria & otio perdididerunt, non tantum secuti sunt de solutione præstanda, latent dum possunt, refugiant conspectum creditoris, vel nunquam ultrò, nisi strenuè vocati & quasi vi compulsi sese offerunt: Sed etiam propter solam egestatem & miseriam suam, in quam tamen sua culpa prolapsi sunt, sese excusatos, & ab obligatione ad solutionem absolutos existimant; ideòq; summa cum ingratitude creditorem suum jus persequente summæ tyrannidis accusant.

## XVI.

Inhæret sanè omnibus hominibus hujusmodi improbitas, per originalem naturæ corruptionem, ex qua cogitationes cordis tantum malò, Genesis 8. & intelligentia carnis inimicitia est adversus DEUM beneficentissimum creditorem, hoc est, collatorem corporalium & spiritualium donorum, Romanor. 8. vers. 7. Nostrum autem est, per obsequium verbi, jus divinum liquidissime nobis patefacientis, ex gratia DEI, talibus inclinationibus reluctari.

## XVII.

Cui Deus  
nunc nobis  
impossibilia  
per legem  
exigit, 1. Cor.  
13. 2. Cor. 13.

Ratio juris divini, etiam quando à nobis impossibilia exigit, in eo consistit, quia nihil tepotest, quàm bona sua in prima utrumque lege præscriptum, nobis tanquam dispensatoribus accommodata. Bona, inquam, quæ non tantum nunc in singulos conferunt, sed etiam, quæ in prima creatione Adamo, ad omnem posteritatem propaganda, concedidit.

Hæc

## XVIII.

Hæc enim postquam ab Adamo per transgressionem, quoad primævam perfectionem, amissa sunt, in lumbis ejus universa ipsius posteritas amisit; nunc, unâ cum protoplastis, debito non minus obnoxia, quàm servi hujus uxor & liberi debiti & solutionis rei judicati sunt, Rom. 5.

## XIX.

Quando autem dona Dei, olim & nunc collata non impendimus ad gloriam nominis divini, aut ad sanctum obsequium DEO in lege requisitum; vel quia primævis prorsus caremus, vel quia hæc defodimus, Matth. 25. aut vanitati & servituti peccati subjicimus, Rom. 6. v. 8. Inde debitum contrahitur, quo summo & justissimo Jehovæ obstricti tenemur.

*Vnde debitum nostrum contrahitur.*

## XX.

Idque non leve, sed longè majus, quàm ut gravitas & indignitas ejus à nobis satis expendi queat. Comparatur hoc loco debito decies mille talentorum, h. e. secundam computationem Budæi J. C. & aliorum, 60. tonnarum auri, quo grandius vix in regem, ædum in servum, cadere potest.

## XXI.

Nam quodlibet peccatum infinitam majestatem & justitiam DEI offendit, ideòq; infinitum reatum contrahit. Peccamus autem semper; aded ut etiam justus, omnia scilicet peccata contra conscientiam studiosissimè evitans, tamen septies de die, h. e. multoties cadat, proverb. 24. & delicta sua nemo, etiam eorum, qui Davidi in accurato examine delictorum similimi sunt, intelligere queat, Psal. 19. 15. In multis labimur omnes, Jacob. 3. vers. 2. multiplicantur iniquitates super capillos capitis nostri, Psal. 40. vers. 13. transeunt caput, & sicut onus grave graviores nobis sunt, Psal. 38. vers. 5. Singulis momentis etiam sancti Filii DEI se debitores esse profiteri coguntur, Psal. 32. v. 6. Matth. 6. v. 12. 1. Joh. 1. v. 2. 10.

*Vnde attribuitur peccatis nostris.*

## XXII.

De qua immensitate debiti veritas Costero sequentem con-

*Costero com-*

fessio de a-  
troisite  
peccati. *Pauli  
de Insuper  
of 2.6. T. 1.6.  
3. 1. 1. p. 1. 1.*

fessionem extorsit, quam utinam probe consideraret, quories cum gregalibus suis, de propriis meritis, & quidem de meritis supererogationis, h. e. superabundantis impletionis legis, aut de propriis sanctificationibus & expiationibus suaviter somniat: peccati, inquit, gravitas tanta est, ut creatura omnes quantulumlibet perfecta, non possint pro UNO MORTALI peccato satis facere, etiam si centum annorum millibus gravissimas penas sustinerent: Nam & ipse & paxa omnes finitae sunt, peccatum vero infinitatem habet, quia infinitam DEI majestatem lesit. Si vero peccati unus tanta sit gravitas, quanta erit peccatorum multorum? Conc. part. 1. pag. 587.

## XXIII.

Deum irasci.  
tur omnibus  
peccatis, et  
omnibus

Propter tam grande & perpetuum nostrum debitum, etiam originali hereditate contractum, DEUM vehementer offendi, jussaque ira adversus debitores accendi testantur dicta perspicua: stipendium peccati mors est, Roman. 6. vers. 23. Sumus filii irae naturae, Ephes. 2. vers. 3. ira DEI manet super incredulos. Joh. 3. vers. ult. Revelatur ira DEI de caelo super omnem iniquitatem, Roman. 1. vers. 18. Concluse DEUS omnes sub peccatum (videlicet per accusationem legis, quae iram operatur Rom. 4. v. 15) ut omniam misereatur, Rom. 11. v. 32.

## XXIV.

Ad quod DEUS autem DEO irascimus iram, quae nihil aliud est quam terra avertatio & odium illius, quod à voluntate ipsius in lege expressa recedit, vel cum eadem pugnat: Unde etiam sana ratio colligit: quantum sanctitate & justitia ille perfectam nostram obedientiam, ipsamque puritatem cordis flagitat, Deut. 6. tanto odio & ira ipsum avertari debitum, per inobedientiam & impuritatem cordis contractum; displicere ipsi debitores, seu transgressores mandatorum ipsius; jussas cum causis ulciscendi habere, nisi reconciliatio interveniat.

## XXV.

Perfentiscit hoc Ipsa conscientia nostra, ejus timor & tremor, seu ut Paulus loquitur, cogitationes se invicem accusantes Rom. 2. v. 15. inde oriuntur, quia juxta legem scriptam in cordibus nostris

intel-

intelligimus, **D** eum à peccatis & peccatoribus abalienari, psal. 5.  
Esa. 59. v. 1.

## XXVI.

Quemadmodum noster debitor, etiam si Dominus non legatur ex iracundia dixisset: *redde, vende uxorem & liberos tuos*, tamen rectè apud animum suum collegit, justè illum sibi irasci: Ideoq; motuens ipsius iram & pœnas, ex timore & tremore procidit in genua, & *perorogavit* rogavit, quæ nihil aliud est, quàm suspensio iræ & pœnarum, quæ secundum rigorem justitiæ statim sine mora irrogari potuissent.

## XXVII.

Pessimum igitur est fundamentum *Photinianorum* ex spissis mendaciis constructum, quando docent, **D** eum nunquam *niv*verso generi humano iratum fuisse propter peccatum; irasci non potuisse; *n*uspiciam legi, **D** eum nobis *in*sensum fuisse: In **D** eo nullam talem esse justitiam, cui *in*sensum fuisse: ex quo fundamento postea negant, **C**hristum placasse iram **D** eï, satisfecisse justitiæ ipsius, eumque reconciliasse mundo, vel nunquam ejusmodi reconciliationis opus fuisse. Ostorod. Instit. germ. p. 212. 239. 242.

Contra Pheo-  
tianos.

## XXVIII.

In primis verò per nostram parabolam, & dicta consentientia, duo istorum fanaticorum argumenta confundantur: quorum prius est: *S*im **D** eo simul *in*justitia & misericordia, tum in **D** eum eadem contraria, respectu ejusdem objecti: sed hoc absurdum.

## XIX.

Posterius à longanimitate **D** eï petendum est: **D** eus dicitur *e*ardus ad iram, *E*rgo non statim susceperit generi humano ob lapsum *A*dæ: sed irascitur cum **D** eus, quando securè peccatis actualibus sine pœnitentia ad iram provocatur.

## XXX.

Eccè sub Rege nostro ita pingitur **R**ex cœlestis, quod pariter justus & misericors sit respectu ejusdem debitoris, sed non eodem respectu considerati. Cum humiliter contrito corde implorat benignitatem eam etiam impetrat: quando verò indignè selegit, secundum justitiam punitur.

Jam

Jam verò minimè absurdum est, pro diversis meritis & temporibus eidem vel gratiam impetrare, vel pœnam irrogare. Si respectu ejusdem subjeti (præsuppositis tamen diversis respectibus & causis) absurdum foret, esset etiam absurdum respectu diversarum personarum. Cognatur ipsi Phoriniani respectu ejusdem subjeti, misericordiam & iram seu ulticem justitiam tribuere, quia omnino illi, qui tandem per securam impenitentiam in iram damnationis, ipsorum opinione, incidunt, continebantur olim sub complexu totius generis humani, ad quos, secundum præsumptionem Phorinianam, D E U S absque omni ira (etiam ante & extra reconciliationem factam) metâ misericordiâ propendebat.

## XXXII.

Similiter parabola proponit Regem, tardum quidem ad iram, sed non sine omni ira & judicatia justitia, etiam cum tardaret: hanc enim cum timore & tremore supplex debitor deprecatus est, ut modo indicatum.

## XXXIII.

Sciendum igitur, malè opponi tarditatem ad iram, omnino contra iram. Tarditas ponit præsupponit, quàm tollit iram, eo sensu, quo in præsentii controversia consideratur. Ira enim bifariam intelligitur, vel de justa indignatione adversus transgressiones & peccatores, vel de ipsa ultione & pœna, quæ actu immititur: In hac posteriori acceptione ira saepe differtur ex longanimitate D E I, vel prorsus condonatur: & hujus respectu D E U S tardus ad iram, nempe ad executionem justæ pœnæ, vocatur. Sed de tali ira non disputatur.

## XXXIV.

*Contra Papi-  
as docentes:  
possibile legi  
completione.  
8.7.*

Quod autem extrema egestas, propter quam non poterat reddere debitum, nostrum debitorem nequaquam à justa exactione Regis immunem reddidit: diligenter notandum est contra pontificios, quibus absurdissimum videtur, si statuamus, D E U M per legem suam nobis in hac vita impossibilia flagitare: Item, veri peccati rationem habere, quod ex libera facultate committi non potuit.

Sic

XXXV.

Sic enim Bellarminus, lib. 5. de lib. arbit. c. 14. argumentatur: Aut peccatum est necessarium, aut voluntarium: Si est necessarium, igitur non est peccatum, ac per hoc peccatum non est peccatum, igitur vitari potest, & proinde hoc est liberi arbitrii in moralibus, quippe qui potest peccare & non peccare.

peccati & ex libera voluntate  
omitti non potest  
04.

XXXVI.

Hoc argumentum totum Pelagianum est: cujus ἀνακλόουτος in simili vide ex nostra parabola: Nostri obarati servi debitum, in quo tam profundè supra omnes vites hærebat, aut fuit necessarium, aut voluntarium: Si fuit necessarium (h. e. ipsi jam inevitabile) jam non est debitum: Si voluntarium, igitur vitari potuit, quod est contra hypothesin in Evangelio positam.

XXXVII.

Ad rem ipsam dicimus, distinctivam à Bellarmino non esse rectè constitutam, quia peccatum in non renato servo peccati, si mul necessarium & voluntarium esse potest. Necessarium ex hypothesi, quatenus ex naturæ corruptione aliter non potest. Voluntarium autem, quatenus à nemine cogitur ad peccandum, videlicet ad delinquendum in specie hoc vel illud, liber est, peccatorq; deletatur:

XXXVIII.

Verè debitor erat noster servus, etiam si propter semel contractam molem debitorum non posset amplius non debere: pari ratione propriè dicitur peccator est homo non renatus in peccatis suis hærens, etiam si propter servitutem peccati, sub quam semel redactus est, non possit non peccare. Peccati enim formale non in voluntario vel involuntario: sed in ἀνομία seu discrepantia à lege DEI consistit.

XXXIX.

Unde simul vanitas consequentiæ patet, pro libero arbitrio pontificis admodum familiaris, quam etiam supra, disp. 5. in Costero castigavimus: Arbitrium habet homo ad mala, nempe ad nosse venire, Ergo etiam liber est ad bonum.

lib. arb.  
p. 153.

Bb

Uc

## XL.

Ut & illius: Si non est in homine libertas arbitrij, nullus erit pramis aut pœna locus, id autem commune totius humani generis sensu ac consensu refellitur, Bellarmin. lib. 5. de gratia & lib. arbit. cap. 15.

## XLI.

Perinde enim sunt, ac si colligerem: Debitor noster facultatem habuit contrahendi debita & non solvendi: Ergo etiam habuit ad solvendum. Aut, quia ad solvendum debitum, semel suâ culpâ contractum, liberam facultatem non amplius habuit, injustè à Rege, tùm solutio exacta, tùm pœna carceris irrogata est, Nāquid parabola hujusmodi illationem feret?

## XLII.

Absurditatem exactionis legalis respectu impossibilium, Bellarminus, lib. 4. de justif. c. 13. duobus istis argumentis manifestari putat. I. Si præcepta essent impossibilia, neminem obligarent, ac per hoc præcepta non essent præcepta: Neq; enim fingi potest, quomodo aliquis peccet in eo, quod vitare non potest.

## XLIII.

II. Si lex Domini esset impossibilis, sequeretur Deum omni tyranno esse crudeliorem & stultiorem, quippe qui ab ipsis etiam amicis tributum exigeret, quod nemo solvere posset, & leges ferret, quas jures à nemine observandas.

## XLIV.

Si Bellarminus juberemus *παρωδῆν* juxta nostram parabolam, palparet ferè *ἀσυνδοκίαν*. Certè hic rex neq; stultus fuit, neque tyrannus, quando exegit debitum, cujus solutio debitori profus erat impossibilis. Neq; obligatio debitoris, vel exactio creditoris de factò fuit nulla, etiam si solutio amplius præstari non posset. Non opus est figmento *ἀγχορίας*, quomodo aliquis reus sit, etiam quando evitare non potest: civilia jura talem debitorem obligant & reum constituunt, quod est notissimum.

## XLV.

Sic ergò, licèt doctrina Evangelica nunquam esset patefacta:

aut in eo solutio sufficiens demonstrata & gratis oblata: tamen nemo posset DEUM injustitiae aut tyrannidis accusare, etiam si per legem exegisset debitum ab illis, qui suam culpam in impossibilitatem solvendi inciderunt.

## XLVI.

Captiosè autem disputat adversarius, quando dicit, *tributum, ob.* quod NEMO solvere possit; leges, quas sciret, à nemine observandas, aut in genere impossibilitatem ita exaggerat, quasi legem DEI absolute impossibilem statuamus.

## XLVII.

*lex quando impossibile?*

Nam secundum quid doctrina nostra sonat, nempe propter corruptam naturam nostram vires post lapsum, in infirmitate hujus vitae, etiam per renovationem gratiosam nondum perfecte redintegras

## XLVIII.

Possibilia autem sunt praecepta DEI, 1. Christo satisfactio nostro, qui pro nobis legem implevit, Matth. 5. Gal. 4. qui solus NEMINEM Bellarminianum excludit. 2. Adamo, in statu integritatis considerato, cui una cum praecepto vires ad faciendum sufficientes DEUS dedit, quas transgressione perdendo, simul possibilitatis conditione excidit. 3. Renatis sunt per gratiam DEI possibilia, partim inchoatione, partim, quia Christus per fidem ipsis iustitia & impletio legis est, 1. Corinth. 1. vers. 30. Rom. 10. vers. 8. 9.

## XLIX.

Superfunt tamen propria officia legis, quorum consideratione DEUS legislator facile ab omni culpa excusatur, vicissim verò laudem sapientiae & misericordiae, etiam impossibilia exigendo, meretur. Sic enim per legis exactiorem admonet nos nostrae infirmitatis, 2. invitat ad preces, 3. deducit ad Christum medicum, 4. refrenat contumaciam carnis, 5. revelat imperfectionem & impuritatem nostrorum bonorum operum, 6. confundit gloriationem propriae dignitatis aut meriti, &c.

## L.

Quia enim legem DEI, propter summam ejus perfectionem (de qua jam antè, ex Evangeliiis, Luc. 10. & Matth. 22. dictum est)

omnium hominum vires longissimè superantem, nemo implere potest: fit, ut omnes huic debitori Evangelico similes inveniamur, non sine etiam in cetera reatorum excepto.

## LI,

Videlicet non solum rei sumus debiti semel contracti, sed quotidie peccando debitum nostrum augemus, quemadmodum priorum confessiones supra adduximus, Matth. 6, psal. 32. 1. Joh. 7, psal. 130.

## LII,

Rex in servis suis

Idcirco etiam Rex noster ita describitur, quod non cum alienigenis vel extraneis, sed cum servis suis, videlicet antea in suum regnum & benevolentiam receptis, ideoque à se multis beneficiis affectis, rationes conferens; tamen ejusmodi debitorem grandem statim deprehenderit,

## LIII,

notabilia

Si in nos descendamus, facile debitum decies mille talentorum in nobis inveniemus, juxta numerum decem preceptorum, contra quae singula plus quam millies peccavimus omnes, & adhuc peccamus singuli, ut cum Jobo confitenti cogamur: Verè novi, quod ita est, & quomodo justificabit se homo coram DEO? Si velit contendere cum eo, non respondebit ei ad unum ex MILLE Job. 9. v. 23,

## LIV,

Cur peccati  
tunc debito-  
res dicantur.

Videlicet non tantum peccata commissionis, sed etiam omissionis accusant nos coram DEO. Cumque formalis ratio peccati seu damnabilis culpa, non tam ex noxa, quam divinae gloriae & proximo iafert, neque etiam tam ex materiali gravitate sceleris (ut ita dicam) quam ex divitiis seu omissione illius studii, quod faciendo praecepta & fugiendo prohibita, DEO praestare debuissimus, estimanda sit: propterea scriptura nos non tantum ut peccatores, sed ut debitores describit, quando in judicio DEI comparandum est: notanter etiam quinta petitio orationis Dominica ita formata est, ut remissionem, non peccatorum, sed debitorum nostrorum petereamus, Matth. 6,

Et

## LV.

Et nihilominus duplici respectu (quorum alter ab altero ex iure dependet) debitores sumus: primò, quatenus obedientiam ex toto corde, tota anima & totis viribus non præstitimus, quam debuimus, unde *debitum culpa* dici potest; Deinde, quatenus propter non præstitam debitam obedientiam, pœnas ex iustitia DEI offensi decretas, luere debemus, unde *debitum pœnæ*, scilicet omnimodæ, temporalis & æternæ, oritur. Hoc enim ordine lex obligat, vel ad obedientiam, vel ad pœnam.

## LVI.

Hanc ob causam, quia genus humanum non tantùm reatum pœnæ sibi contraxerat, sed omnino perpetuus debitor obedientiæ permansit: Fideiussori & satisfactori ejus JESU CHRISTO ex officio incubuit, ut non tantùm pœnas à nostris cervicibus averteret, sed etiam perfectè implendo legem, debitum pro nobis solveret.

*Ad hanc pœnam  
ritar & pas-  
sionem obedi-  
entia Christi  
necessaria  
fuit.*

## LVII.

Hæc est primaria necessitas, quæ nos impellere ad studium bonorum operum debet, videlicet *necessitas mandati*, cuius debitores obstricti sumus, etiam in statu gratiæ, juxta dicta: Nempe igitur fratres, debitores sumus, non carni, sed ut spiritu actiones carnis mortificemus, Rom. 8. v. 12. 13. Ipsius opus sumus, conditi in Christo Jesu ad opera bona, quæ præparavit DEUS, ut in eis versaremur, Ephes. 2. v. 10.

*Necessitas  
bonorum  
operum*

## LVIII.

Cui accedit altera causa necessitatis bonorum operum, in nostra parabola expressa, v. 33. *Nonne OPORTUIT & te misere-ri conservi tui, ut ego tui miserus sum?* Nimirum gratia DEI salutifera, quæ in Christo illuxit omnibus hominibus, erudit nos, ut abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, piè vivamus in hoc seculo, Tit. 2. v. 11. Hoc est, stimulatî perpetuâ consideratione beneficiorum ineffabilium, quibus DEUS de novo nos indignos affectit, tantò lubentius filialem obedientiam præstemus,

*v. 33.  
OPORTET  
TET, gratiam Dei  
sanctificat.*

## LIX.

Propter has & similes causas plures, quæ aliàs ex scripturis eruuntur, non est in libertate nostra relictum, ut quomodocumq; vivamus, sed **OPORTET** nos misereri proximi, v. 33. *necesse est*, nos subditos esse, Rom. 13. v. 5. *necessitas* nobis incumbit, officium faciendi, 1. Cor. 9. v. 16.

## LX.

Hæ causæ quando fideliter inculcantur, obsequenter etiam à Christianis observantur, metuendum non est, ne Libertinorum securitas in Ecclesia, propter prædicationem gratuita justificationis, dominetur. Usq; ad eò opus non est, ut dogma principali articulo Evangelii contrarium, de necessitate & meritis bonorum operum ad impetrandam salutem, à papistis obtrudatur.

## LXI.

*Operum  
fructus  
merentur.*

Ut enim ad considerationem *debiti* nostri revertamur, quia omnino opera nostra debemus **DEO**, etiamsi ex hypothesi, usq; ad perfectam legis implementationem ea præstaremus, Luc. 17. v. 10. quomodo meritoria esse possunt, ut Pontificii arrogantè fingant.

## LXII.

*Meriti* formales condiciones plures sunt, quas vide Decad. 2. disp. 5. th. 48. præcipuè autem sequitur ad opus meritorium, ut omni modo *indebitum* sit: qua de causa ne Angelorum quidem sanctitas meritoria est coram **DEO**, quia illam suo creatori debent, & ex gratis collata gratia ipsius præstant.

## LXIII.

*Vnde Chri-  
sti obedientia  
sua merito-  
ria.*

Solius Christi perfecta obedientia & sanctitas legi præstita hanc meretur laudem, ut meritoria prædicetur: tum quia illam, ut Dominus legis, non debuit, tum quia non aliena ex gratia, sed propria sanctitatis excellentiâ, cumulatiuè præstitit.

## LXIV.

Jam verò nos *vix* aliquam partem debiti, & quidem non nostris viribus, sed per gratiam spiritus sancti, exsolvimus: & inanem opinionem de merito proptio concipere jubemur? imò de merito & perfectione supererogationis?

Annos

LXV.

Annon extremae stultitiae foret existimare, hunc supplicem debitorem, qui solvendo non erat, deprecatione sua vel condonationem debiti, vel novum beneficium meruisse apud Dominum?

LXVI.

Papistae quotidie ceu mendici, Matth. 6. petunt condonari sua debita, non meliores equidem Jobo, qui ne unum ad mille Deo suo respondere poterit: Et tamen in hac continua mendicatione sua Deum eo adigere volunt, ut secundum legem justitiae condigno suo respondeat!

LXVII.

Qua in parte non subtiliter sapiunt, ex spiritu regenerationis, sed ex carnali ingenio gentium & plurimorum haereticorum. Nam humani ingenii & carnalis rationis conatus semper eo tendit, quasi velit & possit Deo satisfacere: Talia Aristidis, Socratis & similibus Ethnicorum; talia pharisaeorum & multorum aliorum olim studia fuerunt: talia adhuc sunt Photinianorum, postquam semel ex rationis dictamine satisfactionem Christi rejecerunt.

LXVIII.

Haecenus justitiam legalem caelestis Regis, secundum picturam hujus parabolae, advertariis obvertimus: restat, ut etiam Evangelicam, h. e. opulentiam miserationum in Christo Jesu erga milites peccatores consideremus.

LXIX.

Ideo enim Rex caelestis terrestri huic regi sese assimilat, ut intelligamus, ipsum humiliter deprecantibus peccatoribus promissima misericordia, decies mille talenta debitorum gratis condonare velle.

LXX.

Unde ab hoc throno gratiae nemine, vel indignitas personae, vel multitudo seu gravitas peccatorum, vel carentia satisfactionis, vel frequens iteratio peccatorum absterere debet: miseria potius & omnium aliorum subsidiorum defectus quemlibet impellat, ut quasi rubore deposito cum misericordia accedat, fretus liberalitate & veritate misericordiae Domini. LXXI.

In primis autem, quia Christus hac parabola non tantum

partes.  
s. Divinitia Dei Evangelica,

scilicet per parabolam  
de rebus  
quae sunt  
in terra

contra Novam

viator,

rùm in genere condonationem mutuat inter fratres inculcare, sed si nulli illustrare voluit responsionem Petro datam: *Non dico tibi, septies, sed usque ad septuagies septies remisit fratri, Matth. 18. v. 22.* sic. ma fide statuendum est, misericordiam DEI patere contritis peccatoribus, QUOTIESCUNQUE VENIANT.

sec. 1. p. 179.

## LXXII.

Sic Athanasius, Tom. 1. quest. 93. accommodationem proponit: *Dominus intellegens mutabilitatem naturæ humanæ, etsi mille homo lapsus sit, & mille resipuerit, nequaquam eum abiciet: Qui enim Petro annuntiavit, septuagies septies fratri ignoscendam esse, multo amplius vel septies mille ignoscat homini penitentiam agentis.*

gl. sec. 3. p. 686  
sec. 4. v. 4. p. 22

## LXXIII.

Quia igitur Deus gratiam suam in Ecclesia, quæ regnam cælorum in his terris est, per ministros Evangelii dispensat: etiam illi non tantum semel, bis tæve, sed quotiescunq; ad consolationem contritorum opus est, penitentibus remissionem peccatorum annunciant: Sicut Joh. 20. vocula *Quotiescunq;* expressè inseritur.

## LXXIV.

Id quod contra Novatianos observandum est, qui graviter lapsis post baptismum veniam ab Ecclesia denegandam esse existimant: Neq; siverunt Ecclesiam facere, quod singulis membris Ecclesiæ ex mandato Christi ferè injunctam est, Matth. 18.

## LXXV.

Gratia iustificans est  
mera misericordia.

Hæc opulentissima misericordia DEI est illa ipsa gratia, quæ justificamur coram Deo: Rex in parabola instituit quidem cum debito suo actum judicalem, sed ex mera commiseratione ipsum à debito absolvit, & pro tali habet, qui ipsi nihil debeat: nulla referatâ condicione, vel satisfactionis deinceps præstandæ, vel pœnitentiæ sustinendæ.

## LXXVI.

sec. 5. p. 137.

Iustificatio  
nostra est  
quidē actus  
judicialis,  
cum deo  
et absolute

Similem ad modum misericors DEUS agit cum miseris peccatoribus justificandis. Vocat quidem in iudicium, ratione iustitiæ & immortæ veritatis in lege toti mundo annunciata: Sed absolvit, peccata non imputat, impium justificat, pro dilecto fa-

mulo,

mulo, imò amico & filio habet, gratis, sine operibus, sine reservatione pœnarum, sine propria satisfactione: tantùm idè remittit, quia (ut Rex in Evangelio ait) *pœnientes pœcantur eum.*

LXXVII.

Notanter dixi sine satisfactione *propria*: quia alienam, nempe Christi Reconciliatoris, satisfactionem iustitia DEI immota requisivit: hinc in Christi tantùm nomine seu ex fide in Christum, rectè precatur misericordem DEUM qui condonationem debitorum suorum gratis ab ipso vult reportare.

LXXVIII.

Et diligentur observandum, Dominum non solum culpam simul & pœnam remittere, sed etiam hac in parabola priùs servitum impunitum dimisisse, & postea demum debitum culpæ remississe: cum Pontifici diversum doceant, videlicet, DEUM ad culpæ quidem dimissionem facilem esse, reservare autem pœnas, donec pro iis vel hoc in seculo, vel in purgatorio satisfiat.

*Pœna simul  
cù culpa re-  
mittitur.*

LXXIX.

Quando etiam Dominus nobis condonationem erga fratres imperat, ad sui exempli imitationem, certè hoc non vult, quasi tantùm culpæ veniam dare, pœnam autem & vindictam integram reservare debeamus. Quomodo autem nos debemus condonare, eadem ratione DEUS iam ante condonavit, Col. 3. v. 13. Nos simul pœnam cum culpa debemus proximo condonare: multo igitur magis DEUS, qui ipsa charitas est, 1. Joh. 4. v. 16. utrumque nobis condonavit.

LXXX.

Qui contendunt vehementer, contritionem instar satisfactionis esse. Coster. Conc. part. 1. p. 593. ex gr. *latronem doloribus in ultimo agone satisfecisse pro peccatis*: abutuntur patientia Ecclesiarum, quasi quidvis ipsis statuere liceat, Itane noster servus humilissimi sui angusta animi, satisfecit creditori pro debito? Ego misertus sum tui, *quia me precatus es*, ait Dominus, non quia vehementissimo cruciatu animi mihi satisfecisti.

LXXXI.

Quandoquidem igitur peccatoribus, in seria pœnitentia contritis, nulla opus est satisfactione, ad obtinendam veniam coram

*Contra satisfactiones  
proprias p. 97.*

Ce

DIO,

DEO, non est cur solliciti sint de thesauro indulgentiarum Papalium, unde hypocrytae, aliter fascinari, potiorem partem suarum satisfactionum redimere jubentur.

## LXXXII.

Hæc etiam sufficiant de Evangelicæ voluntate DEI, quam secundum declarationem parabolæ agnovimus proflus gratuitam esse erga eos, qui humiliter culpam deprecantur, quemadmodum etiam de justificatione publicani, Luc. 18. de remissione peccatorum pro paralytico, Matth. 9. suo loco vidimus.

## LXXXIII.

*Vindictam  
Magistra  
tam implorare  
licet.  
p. 237.*

Ex posteriori parte parabolæ adhuc quinq; occurrunt. *Primo*, quemadmodum conservi agnoverunt, quidem, mutua misericordiam inter se debere exerceri, ideòq; super duritie tyrannica loci vehementer contristati sunt, atq; nihilominus iniquitatem ad Regem suum, tanquam ad ordinatum Dominum & magistratum deferunt: Ita novisse debent Christiani, à mutua Charitate Christiana alienum non esse, si quis legitima ratione causas suas ad magistratum deferat, ejusque cognitionem & vindictam imploreret, dummodò à privata vindictæ cupiditate absteat, Romanor. 13.

## LXXXIV.

*Cõtra Photinianos.*

Deinde apparet, in illo argumento Photiniano: (*In vera redemptione precium accipit is, qui captivum detinet: At in redemptione à Christo facta precium non accipit diabolus, qui captivum tenuit genus humanum: Ergò vera redemptio dei non potest*) apparet, inquam, hypothesein in minori propositione assumptam, esse falsam.

## LXXXV.

Non enim genus humanum diabolo captivum fuit, nisi ut licetori seu custodi carceris: Deus est ille Rex, habens potestatem abjicere di in gehennam; quemadmodum hoc loco ingratus debitor, nõ terrorum, sed irati Regis captivus fuit, qui tormentibus, quid agendum sit, in mandatis dedit, v. 34. Dum igitur DEO personatum est amator obedientiæ Christi, Plal. 40. Phil. 2. legitime debito loco solutum est, & veram redemptionem effecit.

v. 34

Ter-

## LXXXVI.

Tertio, qui negant, semel renatos, & in gratiam Dei verè receptos, non amplius excidere illa gratia, aut prorsus perire posse, diligentius intueantur hunc servum: de quo textus utrumque perspicuè affirmat, ipsi ex magna commiseratione univèrsim debitum verè fuisse remissum: & tamen eundem recidisse in novam offensionem Regis, tantam quidem, ut etiam tortoribus traderetur.

*Verè renati  
possunt neris 2. 3. 4. p. 228  
excidere gr. 4. 25.  
iud. Dis.*

## LXXXVII.

Quando igitur Christus exclamat, v. 35. *Ita & pater meus cælestis faciet vobis, nisi remiseritis suo quicquid fratri ex cordibus vestris:* nonne rectè præsumitur, DEUM propter immisericordiam erga fratrum offensiones in gehennam abjecturum, aut tortoribus traditurum esse etiam illum, cui antea magna cum commiseratione debita omnia remiserat?

## LXXXIX.

Ad hunc sensum Neo-Marpurgenses, in praxi & medulla catechetica, hanc parabolam accommodant: Postquam enim in resp. q. 67. docuissent (malè tamen) fidem quidem ad apprehensionem, non autem ad conservationem salutis, sufficere, sed ad conservationem requiri etiam novitatem vitæ: in q. 68. affirmationis rationem illam reddunt: *quia fides cum mala conscientia & perseverantia in peccatis consistere nequit: Item, nisi emendatio vitæ sequatur, fides una cum accepta salute iterum amittitur.* Addunt autem: *quemadmodum docet parabola servi debitoris, Math. 18. & Paulus 1. Tim. 1. v. 19. 1. Job. 1. v. 5. 6.*

## LXXXIX.

Hos Neo-Marpurgenses committimus cum Bernh. Textore, qui in pande. Etis. p. 495. ita ad hanc lucem cæcutit: *Aliqui, ait, abutuntur hoc textu contra doctrinam: remissionem peccatorum non posse fieri irritam. Sed ablutunt à scopo parabola, quæ est, ut qui volunt testimonium habere remissionis peccatorum suorum, & ipsi remittant proximo. Si enim Deus aucto est bonus & potens, ut cor nostrum emendatæ cupidum ita mutavit, ut illud sui ipsius obliviscatur, & remittat: quanto magis remittet peccatum, qui perfectè bonus est?*

*Contra B.  
Textorem.*

Respub. Connexionis inter condonationem DEI & nostram proximo debitam, non sumus immemores, propter petitionem s. in Oratione, Matth: 6. Explicationem Textoris nunc in medio relinquimus. <sup>2</sup> Certum autem est, parabola scopum esse hunc, ut cognoscamus, DEUM sua misericordia nos ad condonationem mutuam invitare, irreconciliabiles autem, cen extremè ingratos, graviter punire. <sup>3</sup> integrum nihilominus manet, quod ad nostram thesin pertinet, *servum ex gratia miserantis regis, in ulciscens iram incidisse.*

## XCI.

*An relapsis in seruitutē movet: An peccata semel remissa per ingrattudinem, aut alium modum redeant? hoc enim videtur hic factum: Respondet autem negatīvè: non redire: Esse enim hanc boni & mali operis differentiam, quod etsi bona opera per mortale peccatum mortificentur, aut sint inutilia, reviviscant tamen, quoties per gratiam reviviscit homo: peccata vero semel remissa, nunquam redeant, aut puniantur, nisi apud Ezechielem dixit DEUS: quia sine pœnitentia sunt dona DEI, Ezech. 18. Rom. 11. Part. I. Conc. p. 101.*

## XCII.

At enim nonne etiam hoc est luci nebulas offundere? parabola dicit: mutuum servo deprecanti rex remisit, & eundem postea tradidit tortori, *donec redderet totum: Et subjicit applicationem: Sic faciet etiam pater celestis.*

## XCIII.

Allegata dicta non obstant: DEUM nunquam pœnitent suæ gratiæ vel beneficiorum collatorum, privato affectu & retractatione sine justa causa, quod vult locus Rom. 11. <sup>2</sup> Quando autem homo non stat promissa perseverantia, cettè ut justus iudex, sine ulla mutabilitate vel animi vel decreti, retractat gratiam, non absolute nura. sed juxta ordinem promissionum ad perseverantiam collatam. Peccator in securitatem relapsus meretur propter peccatum, quo peccavit, Ezech. 18. v. 24. ubi nulla exclusio antiquorum exprimitur. Non recordatur *justitia ejus: Ergo neq; imputativa, quæ in remissione peccatorum consistebat, Jeremias potius affirmat,*

affirmat, c. 18. v. 9. 10. locutus sum, ut ædificem & plantem: si faciat malum, pœnitabit me illius boni, quo constitui illi benefacere: Constituit autem inter cætera peccatorum nō amplius recordari. Ezech. 18. Mich. 7.

## XCIV.

Liber de plorationum mentionem quidem facit, quòd nonnulli ita sentiant: sed expressè contrariam sententiam præmittit, his verbis: *Constat, quia si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus: & illud rursus exigetur, quod nobis per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Universum siquidem debitum merito persolvent duplices animo & inconstantes in omnibus viis suis, quos parabola exclusio specialiter percutit.*

## XCV.

Ideò solvit instantiam, ex Nahum, 1. v. 9. *non consurget bis angustia, vel juxta aliam translationem, non judicabis Deus bis in idipsum. Nō est, inquit, duplex sed una tribulatio & una punitio, cum, qui non est hic sufficienter punitus, postea punitur, fol. 22. part. 2.*

## XCVI.

Stapler. in Morali ex Joan. Medin. de pœnit. tract. 1. q. 9. rem ita explicat: *Universum debitum repetit Rex, non peccata emel dimissa ad pœnam reposcens, sed propter odium fraternum in recidivante resumptum, ea pœna animadvertens, aut etiam graviori, quàm dimissa prius peccata committerant, id est, perinde punitur, ac si peccata præterita dimissa non fuissent.*

## XCVII.

Videlicet talis tortio violenta nascitur ex chymia papistici artificii, quæ exactè culpam peccati à pœna, & vicissim hanc ab illa, segregare novit. Nostri Christiani rectè persuasi sunt, quamdiu pœna justè irrogatur, tam diu culpam non esse condonatum: & quando culpa verè condonata est, à condonante pœnam propter illam non amplius irrogari.

## XCVIII.

Sed ita progrediamur: Qui perinde punitur, ac si peccata priora dimissa non fuissent, ille non sine imputatione prioris culpæ punitur. Si cum imputatione, Ergò remissio retractatur: quia remittere nihil aliud est, quàm non imputare ad pœnam.

XCIX.

Item: Odium fraternum in recidivante, vel per se tam gravem poenā ex justitia Dei meretur, vel cum respectu ad priora peccata ingrato homini remissa: Si illud, superflue dicitur per *ἀκρολογία*. eadem poenā, quam dimissa peccata commoverant: Si hoc, Ergo cum iterata imputatione.

C.

Davidi per foedus circumcissionis delerum fuit peccatum, in quo conceptus fuit: acceperat etiam per quodiansam poenitentiam remissionem peccatorum juventutis: nihilominus agnoscebat, et per adulterium & homicidium gratia Dei elapsam, simul recidisse in reatum peccatorum illorum, imò omnium peccatorum: quae conscientia ipsi extorsit illa suspitio: peccatorum adolescentia mea & pravaricationum mearum ne memineris, sed secundum misericordiam tuam memento mei, Psal. 25. v. 7. pravaricationes meas ego agnosco. & peccatum meum coram me semper est. Ecce in iniquitate genui sum, &c. Psal. 51. v. 5, 7.

CI.

Contra absolutam reprobationē.

Quintò, contra absolute reprobationis odium, DEO à Calvinianis attributum, ita rationari possumus: Si iniquum est, proximo offensas nolle condonare, longè iniquius erit, ipsum nihil adversus te peccantem absoluto odio averſari: sed prius indubitarum, ergò etiam posterius.

CII.

Jam verò nostra dilectio & misericordia erga proximum debet conformari juxta misericordiam DEI, nostra justitia & puritas, juxta ipsius justitiam & puritatem, Luc. 6. v. 36. I. Joh. 3. v. 37. Unde inferimus, in Deum infinite misericordem & sanctissimè justum, hujusmodi odium non cadere posse.

CIII.

Aut si ex hypothesi Calviniana in ipsum eaderet, malum imitationis exemplum (quod abſit) præberet hominibus. Nam lumina immisericordia, imò etiam injustitia foret & vera tyrānis, si rex, citra omnem respectum ad transgressiones, hominem aliquem tormentibus traderet, sicut hic ingratus debitor, propter antegressam inexcusabilem malitiam, tormentibus traditus est.

Deni-

Denique prætextus græci & *ἀποτομῆς* opponimus Hier. Emlezo, qui flagellat versionem germanicam Lutheri, propter verba, vult, seine Fehl. *Quia hæc verba in latina antiqua non leguntur, & quia (secundum ipsius scilicet argutiam) impossibile sit, ut omnis lapsus proximo condones, sufficiat autem, si remittas, quibus se offendit (in Annotar. N. T.)*

Sufficit nobis, quod, qui hanc investigationem accuratè curarunt, testantur, in omnibus græcis exemplaribus extare τὴν ἁγίαν *ἱστορίαν*. Si etiam deficeret, hiulca & in usitata esset lectio verbi *ἀποτομῆς* absque casu, ut Beza annotat. In genere nobis injana est talis mansuetudo, qua patienter ferendi sunt omnes lapsus proximi (salvo puta officio Magistratum) Gal. 6. v. 1.

*Contra Eusebium.*

## DE ABUSIBUS.

Quoad depravationem textus, nobis primò cito Pontificiis, deinde cum Photinians referit. Stapletonus in Prompt. Morali, part. ætīv. p. 550. ex petitione debitoris servi: *Domine, patiens esto erga me, & omnia tibi reddam, v. 26.* perfectam hominis peccatoris cum DEO reconciliationem, ex sententiâ Catholicorum sic explicat.

*Abusus ad perfectam reconciliationem incumdam Pontificios.*

*Perfecta peccatoris cum DEO reconciliatio fit, quando peccator, sententiâ DEI territus tempus penitendi, vitamque & mores in melius commutat, di, suppliciter precatur, simulque pollicetur, quòd omnia reddet DEO, h. e. se totum suamque omnia soli DEO consecrabit, nullius prorsus peccati remanente affectu, omni inordinato rerum omnium amore penitus rejecto, Sic enim omnia nostra debita (quantum ex nobis est) DEO persolvuntur, quando tota & integra est nostra ad DEUM conversio, tota & plena mandatorum ejus obedientia, dilectio DEI ex toto corde, & universis Diaboli armorum disceptio, plenamque peccati exterminium.*

Mira profectò & quodlibericè confusa descriptio nostræ reconciliationis ad DEUM, in qua si omnia ad Lydium lapidem vellemus examinare, diutius hinc immorandum foret. Apparet in primis

primis, cum S. Scriptura nostram reconciliationem prædicet, ut opus ad officium Christi unicè pertinens (unde etiam reconciliator, Mediator & Sacerdos noster vocatur) Jesuitam requirere hanc actionem ab homine ad DEUM convertendo, nimirum satisfactoriam & expiatoriam justitiam, juxta vulgarem orandi formulam: *prò yoga vitam, ut possim expiare peccata mea.* 2 Tribuere illum homini renato in hac vita plenam ex toto corde obedientiam, plenum exterminium peccati, depositionem omnis affectus peccati. 3 Quam quia nos in futura tantùm vita expectamus, in hoc autem seculo protus impossibilem statuimus, ut & revera impossibile est: cautè sibi cavere Jesuitam, pro more doctorum, per limitationem, *quantum ex nobis est*: quasi vel legis perfecta exactio, vel justitia nostra coram DEO valens, ex nostris viribus, quales in hac vita habemus, æstimanda sit!

## CIX.

Contra hæc aliàs à nobis disputatum est: nunc sufficiat ostensio ἀνακολυθίως. quæ ratione textualis fundamenti committitur. 1 Posset dici, non omnes parabolarum circumstantias in accommodatione urgendas esse, præsertim ubi analogia fidei non permittit, qua de cautione etiam circa parabolas de Operariis vineæ, & de semimortuo Matth. 20. Luc. 10. admoniti sumus. Perpicua enim est hæc differentia inter personas hujus parabolarum, quod in rege quid imitandum, in servo verò potius quid fugiendum, proponatur.

## CIX.

Verùm compendiosius eam adversario transigemus. 2 non quid servus promiserit, sed quid Dominus ad rem consultum judicavit, attendendum & sequendum est: Dominus autem aliam vineam non invenit, aliam non adhibuit, quàm gratuitam condonationem, v. 27. 3 Præterea, etiam si servus promiserit, se omnia redditurum, nondum explicitè dixit, se de suo redditurum, quemadmodum Jesuitæ in sua accommodatione præsumunt. Sæpe enim fieri solet, ut captivi ad redimendam libertatem ex captivitate Turcica, grandem summam ἀντίου promittant supra proprias facultates, & solutionem postea, ex aliorum liberalitate ostiatim emendicata, præstent.

Certè

## CX.

Certe miseris peccatoribus ita consulit Paulus, Rom. 3 v. 24. 25. & Rom. 8. v. 3. *Cum legis impotentia nihil posset in carne, DEUS suo Filio misso, conformato carni peccato obnoxia, pro peccato condemnavit peccatum in carne, v. 4. ut illud jus legis compleatur in nobis, &c.*

## LXI.

Ex eodem loco Stapletonus in Morali concludere audeat, *nes Abusum pro habere liberam voluntatem DEUM amandi, & ad DEUM nos convertere libere arbitrio.* *obsequium ei debitum reddendi, cum eius gratia, qua semper partam est: nempe, quia servus promissam solutionem obtulit.*

## CXII.

32. Tota hæc sequela Pelagiana est: Si diceretur servus de suo præstitisse promissam solutionem, sanè probabilior esset: Jam vero ipsa parabola expressè denegat ipsi facultatē: *non habebat unde redderet: cumq; res ex rigore justitiæ agitari occiperet, solutio taceretur, & ejus traditio in manus tortorum narratur.*

## CXIII.

Adjicit quidem Stapletonus limitationem, quæ à collusionē cum Pelagianismo liberare debet, *cum eius gratia, &c.* qualis etiam Costeri glossa est de debitoris promissione: *Quares, quomodo servus hic omnia se reddendum promittat, cum debiti magnitudo vires ejus longè superet? Respondeo, Quod sperabat, se ex Domini sui bonis juvari posse; peccator enim suis viribus, nec minus peccati remissionem mereri potest, sed respicere debet ad divitias Domini sui, quæ in sacramentis continentur, & ad gratiam Christi, qua post reconciliationem nostram, operibus nostris facti facienda vim tribuit.*

## CXIV.

Ubi autem hæc de servo nostro leguntur, quod in reddendo debito ad bona Domini sui respexerit? Ubi dixit: reddam tibi omnia, ego quidem despero de propriis facultatibus, sed per tuam beneficentiam spero me satisfacturum, &c.

## CXV.

Joh. Cochleus ad purgatorium accommodat illam partem parabolæ, ubi dicitur servus obstratus traditus tortoribus, donec reddas

*Abusus ad purgatorium;*

reddat totum debitum. Hic locus, inquit, accipiendus est de purgatorio, quia in inferno debitum nequit amplius solvi (de purgatorio) cui adfuit glosa Emblerii in N. Testam.

## CXVI.

Quasi argumentaretur: Ubi omne debitum tandem solvitur, ibi sunt tortores, quibus rei debitores ex iudicio DEI traduntur: Sed purgatorium est talis locus, ubi debita peccatorum per passiones & purgationes ignis solvuntur. E. Purgatorium est ille locus, quo rei debitores detruduntur: & per consequens, luculentet ex hac parabola adstruitur.

## CXVII.

Resp. <sup>1</sup> Nellius vel loci vel carceris in parabola fit mentio, <sup>2</sup> Ipsi Scholastici Doctores purgatorium ita describunt, quod mortalia peccata (quale est tyrannica inimicitia adversus fratrem contra quintum præceptum) ibi non expurgentur: unde ex hypothese si Papistarum assumptio syllogismi neganda est.

## CXVIII.

<sup>3</sup> Præcipue autem hoc in loco particula *donec* notat tempus infinitum, sicut Matth. 1. v. ult. 2. Sam. 6. v. ult. quam lenientiam confirmat Christus, Matth. 6. v. 15. ubi conlectarium nostræ parabolæ, v. 35. ita explicat, ut remissionem peccatorum prius denegat: *Si non remiseritis hominibus, neq; pater vester remittet vobis peccata vestra.* Æstivent Pontificii emphasin hujus termini: *non remittet*, ex Matth. 12. v. 32. unde alii pro purgatorio disputant.

## CXIX.

*Abusus ad  
iustificatio-  
ne operum,*

Ex ultimo versu, pro necessitate bonorum operum ad salutem, concludit Stapletonus in Cathol. patt. 1. p. 28. In hunc modum: *Est ergo fraternæ dilectionis præceptum necessaria ad peccatorum remissionem consequendam, Nec Christi sanguis pro nobis effusus, nec fides in mediatorem & propitiatorem Christum quicquam nobis ad salutem proderit, si fraterno odio laboramus. Nulla erit remissio peccatorum, utcumq; fide præmissa Christi apprehendamus, nisi ex cordibus nostris unum quumq; fratri suo remittat, &c. Unumq; æque ad salutem est necessarium, ut Christum credere & proximum diligere. Item: Dicunt heretici, dilectionem gratitudinis ergo tantum requirit: sed cur non sic de fide? & sic inde ex causis iustificationis excludunt? sed æque enim & charitatem eandem forma verborum scriptura exigit.*

Resp.

## CXX.

Resp. N. V. Conseq. Hoc tantum sequitur, fraternum odium, tanquam grave peccatum contra conscientiam, intervertere salutem, & dilectionem seu misericordiam DEI: nequaquam autem illud: Ergo remissio nostra consequitur remissionem DEI. <sup>2</sup> aque quidem fides & charitas à nobis requiritur, quoad necessitatem mandati, non autem ex eadem causa & ad eundem finem, ad assequendam salutem: ubi forma verborum evidenter variat, & opera expressè excluduntur, Roman. 3. Ephes. 2. Galat. 2. 1. Corinth. 4. <sup>3</sup> nititur adversarius falsissima hypothese, quòd homo odio flagrans adversus proximum, veram fidem habere, Christum & promissiones Evangelii apprehendere queat: quæ ne quidem stare potest, etiamsi fides tantum pro notitia vel assensu accipiat: nulli enim promittit DEUS gratiam perseveranti in malitia, quâ tali: nulli igitur talis promissio inveniri vel apprehendi potest. <sup>4</sup> studium nostræ erga proximum charitatis vocamus gratitudinem, eo respectu, quia DEUS ineffabilibus beneficiis ad illud nos invitavit, cum jam antea ex necessitate mandati deberemus. Quod si ergo particula TANTUM necessitati mandati, vel aliis causis necessitatis opponitur: quasi arbitrariam faciamus dilectionem, iniquè nostram doctrinam interpretatur.

## CXXI.

Obiter illud adspicendum est, quando nobis injungitur condonatio offensarum erga proximum, non idèò restringi universale axioma, SOLUS DEI est remittere peccata. Nam solus DEUS propriè remittit peccata, sua condonatione efficiens, ne peccata in iudicium DEI vocentur ad damnationem: homo verò proximo condonat, quod DEO debet, nempe intermissionem vindictæ, indignationis, iræ, lenitatem, mansuetudinem, quatenus ipse vel offensus vel læsus est: integrum interim DEO relinquens sanum jus & iudicium propter eadem *iniquè interpretatur.*

## CXXII.

Missi Romæ neofitis nunc audiamus Photinianos, qui ad abnegandam salvificam satisfactionem Christi pro nobis, palmam ex hoc Evangelio sibi obruisse videntur. Quia enim in parabola *Abusus Photiniano ad absolutam misericordiam DEI.*

Dd 2

nullius

nallius satisfactionis mentio fit, quam vel Rex requisiverit, vel quispiam alius pro debitore persolverit, ut dimitteretur reus: Ita taunt, de pingi nobis talem misericordiam DEI erga peccatores, qualem illi fingunt, videlicet quod absolute absq; omni satisfactio-  
ne, peccata remittat.

## CXXIII.

Sententiam illustrant simili: *Tureseus Imperator non dicitur gratis dimisisse captivum, si ab alio λύτρον est persolutum: Ergo nec DEI dimissio esset gratuita, si Christi satisfactionem accepisset: Neq; abtineat à blasphemia nostræ doctrinæ, quod per eam pro patre clementissimo, Caracallam aut Neronem aliquem truculentissi-  
mum efficiamus.*

## CXXIV.

Sic autem argumentatur: *Si salvamur propter λύτρον à Christo pro nobis solutum, non salvamur gratis ex sola misericordia DEI: pon-  
sterius contradicit tota scriptura, & neg. ferendum.*

## CXXV.

Resp. Connexio majoris laborat oppositione eorum, quæ opposita non sunt, sed in scripturis expressè subordinata, Ephel 2. v. 9. 1. Tim. 2. v. 6. Satisfactio à Christo persoluta non refertur ad misericordiam, sed ad justitiam, cui satisficere oportuit. Jam si me-  
ritum satisfactionis Christi, justitiæ præstitum tolleret misericor-  
diam, ipsa quoq; justitia excluderet misericordiam: h. e. per ma-  
nifestum absurdum, Deus non esset immutabiliter justus & mi-  
sericors simul.

## CXXVI.

Confundere possumus adversarios ex propria ipsorum, licet falsa, hypothesi, quæ docent, salutem non nisi per bona opera, & quidem operum merito dari Si priorum operum meritum non tollit gratuitam misericordiam DEI, multò minus aliena satisfac-  
tio tollit. Ratio conseq. quia Paulus idè opera excludit, ut gra-  
tia DEI mera & sincera relinquatur, affirmans gratiam non esse am-  
plius gratiam, si ex operibus salus detur, Rom. 11. v. 6.

## CXXVII.

Gratiâ Deus  
condonat, li-  
cet propter  
satisfactionem  
Christi,

Plenioris illustrationis ergò ostendimus, quomodo miseri-  
cordia DEI justificans & salvens propter satisfactionem Christi,  
nihil.

nihilominus gratuita maneat. <sup>1</sup> quia condonat impletionem legis seu sufficientiam operum, quam debeamus Tit. 3. v. 5. <sup>2</sup> quia fides Deus ipsemet donat, per quam λύτρον Christi nobis imputat, Joh. 6. v. 29. 2. Thef. 3. v. 2. 3. <sup>3</sup> quia rigorem sui juris, Ezech. 18. anima, qua peccavit, sponte mitigat & remittit, alienam satisfactionem accipiens, <sup>4</sup> Quia ipse gratuita commiseratione hunc modum reconciliationis decrevit & procuravit, donato & in hunc mundum misso filio, Joh. 3. v. 16. 1. Joh. 4. v. 9. 10.

## CXXVIII.

Unde facile apparet, impertinentissime dimissionem Turcici Tyranni pro λύτρο pecunie, cum nostra reconciliatione comparari: <sup>1</sup> Quia Turca neque ex gratuita commiseratione offert suam redemptionem, neque satisfactorem donat. <sup>2</sup> Turca tenuit captivos, quos dimisit, per vim, sine eorum culpa, ut hostis: homines autem sunt captivi DEI, ut iudicis, ex merito peccati per maledictionem legis, seu per vim juris.

## CXXIX.

Jam verò, quando aliena satisfactio admittitur à iudice, pro captivo, vigore legum, propter aliquod & capitale facinus delato, certè magna clementia declaratur, etiamsi, qui ut hostis pro satisfactione pecunie dimittit, gratis dimisisse minimè dicatur: major autem & illustrior est iudicis clementia, si satisfactionem ipsius suo studio gratis procurer.

## CXXX.

Etiamsi autem in parabola satisfactio hæc non depingitur, sed, quod Christus non totum negotium remissionis peccatorum, sed tantum principale fontem misericordie Dei illustrare, & ad confusionem nostræ immisericordie, occasione à Petro datâ, dirigere voluit: tamen sufficit, in aliis locis scripturæ eam proponi: sicut etiam in plurimis dictis de justificatione & salvatione, vel fidei tantum vel gratiæ mentio fit, sine exclusione meriti Christi: Item in operibus S.S. Trinitatis, vel patris vel filii tantum fit mentio, sine exclusione reliquarum personarum.

## CXXXI.

Breviter: Ad eam ipsam voluit exhortari Dominus, non verò rei  
Dd 3 modum

modum ex parte DEI declarare, quæ declaratio alibi plenissimâ perspicuitate, exhibetur.

## CXXXII.

Ridet hîc stolidâ ratio infortunianis: *Quis me non delirum ac ab omni ratione alienissimum diceret, si aperta crimena mea iuberem debitorem meâ pecuniâ mihi solvere: An non prastaverit, sine crimine stultitia, quod per istas deliras ambages facit, statim ipsi debitum condonare,* ait Gittichius.

## CXXXIII.

Respondemus nos: apage sis Satana. Stultitia DEI est sapientior mundo, 1. Cor. 1. v. 25. Deus proprio filio non peperit, Rô. 8. v. 32. fecit hostibus, quod nos pro amico vix facimus, Rom. 5. v. 7. 8. Joh. 15. v. 13. Misit unicum Mediatorem, qui seipsum daret *ἀντιλόγον* pro omnibus: Tim. 2. v. 6. Hoc misericordiz miraculum admiramur potius, quàm secundum mensuram perditæ nostratationis iudicamus.

## CXXXIV.

Neque tamen in humanis moribus delirium censetur, si iudex ex commiseratione persuadeat alteri satisfactionem pro reo, quem salvis legibus aliâs dimittere non posset: miserantis non delirantis est, si Rex ex ætario suo debitorem adjuvet, quo possit satisfacere bono publico, quod ut iudex tueri debet: Deus pater satisfactionem Christi, non ut privatus, sed ut iudex requisivit, ut iustitiz Totius S. S. Trinitatis immutabili satisfaceret.

## CXXXV.

Sed instant: *Manificencia non est, neq. summè gratuitus amor, quando quis sua causa satisfactionem flagitat: sed secundum doctrinam de satisfactione Christi, Deus satisfactionem propter iustitiam suam flagitavit, & per talem doctrinam gratuitus amor DEI negatur.*

## CXXXVI.

Respond. Principaliter non sua causa (Nihil enim sode lucratur sibi) Deus filium in mortem dedit, sed propter nos nostramque salutem, quæ alio ordine recuperari non potuit, nisi simul iustitiæ infirmitati satisfaceret: Quemadmodum etiam λόγος assumendo humanam naturam, non factus est perfectior, quia nostra causa incarnatus est, & reliqua omnia nostra causa fecit. Hinc scripura

ptura testatur: Quòd DEUS filium dederit mundo, non suæ justitiæ, Joh. 3. Quòd filio proprio non pepercerit, non quia pio justitia sua, sed quia pro nobis fuit. Rom. 8.

## CXXXVII.

Hac pertinet etiam argumentum Ostrodii, Init. germ. c. 36. Si peccata nobis non remittuntur absq; <sup>inter</sup> interveni-<sup>ente</sup> satisfactione, vel noluit DEUS remittere, vel non potuit. Utrumque quæ est absurdum. Si noluit, immisericors esset & nobis præciperet, quod ipse non facit: Si voluit, & non potuit, superior ipso erit concedendus, h. e. DEUS non erit DEUS: Quilibet enim Dominus inter homines potest subditis condonare, & virtus hoc atq; laudi ducitur.

## CXXXVIII.

Respond. Neq; voluit neq; potuit DEUS, non propter aliquam immisericordiam, aut impotentiam, sed propter summam perfectionem & immutabilitatem decreti, quod à libertate voluntate, à justitia & misericordia sapientissimè contemperata, profectum est.

## CXXXIX.

Quod attinet alterum assumptum absurditatis membrum, illud in primis ex nostra parabola firmate solent: DEUS præcipit ut absq; <sup>Phet. manz</sup> satisfactione proximo condonemus delicta: Ergò & ipse absq; <sup>argumentis</sup> satisfactione <sup>ex parabola</sup> remittit: quia nostra dilectio & misericordia ipsius misericordiam hac in parte debet exprimere, Lac. 6. Matth. 18. v. 33. Coloss. 3. v. 13. Eph. 4. v. ult. 5. v. 1. (Ostrod. contra Tradel. p. 212. & alii.)

## CXL.

Respondeo primùm ad antecedens. 1 Quatenus satisfactio pro qualibet justa causa reconciliationis accipitur, nostra etiam condonatio non fit sine omni satisfactione: sic eam juxta doctrinam Christi, post correptionem & deprecationem offenderis, Matth. 5. v. 23. c. 18. v. 16. 2 Licet etiam satisfactionem pro injuria & damno illato apud Magistratum legitimè reposcere. 3 Præcipuè, quando negotium non prorsus privatum est, sed leges, justitiam, bonum alienum & publicum simul concernit: ad absolutam condonationem charitas non tenetur.

## CXLI.

Sed & omnia major solida non est. 1 DEUS non tenetur ad omnia, quæ nobis præscribit, 2 DEUS non habet scilicet

scilicet, ut communis creditor, sed ut iustissimus iudex, in d[i] ipsa iustitia, quæ non potest non averfari & odisse peccata: id e[st] q[ui] ipsa iustitia per omnia peccata offenditur, quæ cedere non potest, id quod in privatis hominum offensionibus non fit: sicut antea dictum est, etiam si frater fratri remittat, non tamen ideo offensas etiam coram Deo deletas esse: quia Principaliter adversus Deum delinquent, quæ contra proximum fiunt, Psal. 51. v. 6. <sup>3</sup> Homines propter varias causas, nominantim autem propter infinitas condonationes, debent Deo obedientiam reconciliationis cum fratre offidente, Sir. 28. Deus autem nemini quicquam debet. <sup>4</sup> Homines sunt æqualis conditionis, & vicissitudine quadam alter alterum offendit: hæc conditio inter Deum & homines locum non habet. <sup>5</sup> Si rectè procederet argumento, <sup>ab</sup> ad condonationem humanam ad divinam, sequeretur absurdum, quod Deus etiam absq[ue] penitentia & fide dimittere, sicut communis debitor pro nuda sua voluntate facit.

## CXLII.

*Instantia ex  
Parabola.*

Frustra igitur Phoriniani iterum ad parabolam nostram confugiunt hac ratione: *An non, si vestram sententiam sequamur, potuisset debitor ille, Matth. 18. contra Regem excipere? Domine tibi quidem remisisti, sed tum demum, cum alter tibi pro me satisfecit: inveniat quoq[ue] iste conferens meum, qui pro illo tibi satisfaciat & omnia ipsi remittam.*

## CXLIII.

Retunditur enim talis argutia per ea, quæ modò dicta sunt: imprimis autem, per regulam, quod non liceat servo cum Rege, vel homini cum Deo & Domino suo expostulare, Rom. 9. v. 20. Si tu ita responsares Deo, paratam haberes & iustissimam confusionem: Nonne tibi iustè & sub p[œ]næ æternæ comminationis mandatum est, ut condones fratri? Nonne Deo tua istam obedientiam debes?

## CXLIIII.

*Aliud argu-  
mentū Pho-  
rinian.*

Antequam finiamus, etiam illud enodandum est, ex fonte misericordiæ divinæ, sed malè derivatum: *Si Christus pro nobis satisfecit, major eius misericordia est, quam patris: posterius est absurdum Sir. 2. & 18. Psal. 103. E. etiam prius. Ratio consequentiæ est, quia Christum sine satisfactione miserum est generis humani*

humani, & simul sua satisfactionis merito patrem ad commiserationem commovit: pater sine satisfactione nihil fecisse traditur.

## CXLV.

Respon. Vitium consequentiæ oritur ex abnegatione S. S. Trinitatis, & simplicissimæ unitatis essentiæ & voluntatis in tribus personis. Nos autem tenemus, patris & filii eandem esse iustitiam & misericordiam: etiam si filius solus in assumpta humanitate opus redemptionis & reconciliationis præstitit: tamen sua infinita & æternæ iustitiæ simul satisfacit: opus redemptionis ab æterno patri affectu cum patre cœlesti decrevit: Pater & filius unum sunt, Joh. 10. Pater misit filium ex commiseratione erga genus humanum, pater cum singulari beneplacito ratum habuit, quicquid filius ad redimendum genus humanum fecit: & filius quicquid fecit, ex voluntate patris fecit, Psal. 40. Per quam voluntatem sanctificati sumus, Heb. 10. v. 7. & 10.

## CXLVI.

Adhæc denuò notandum est, de quo superius admoniti sumus: Satisfactio Christi directè non ad misericordiam, sed ad iustitiam refertur, cui, ut immutabiliter salva & æterna maneret, satisfaciendum fuit: ideò non caret *ἀνυπολόγητα*, si in conflictu controversiæ mordicus teneamus locutionem, quòd Christus sua satisfactione misericordiam Dei patris commoverit: cum scriptura ipsum æternum decretum de ratione restaurandi generis humani, à mera gratia, & missionem filii satisfactoris à dilectione DEI deducat, 2. Tim. 1. v. 9.

Joh. 3. v. 16.



DECAD. VI. DISPUTAT. VIII.  
DOMINICA XXIII. POST TRINIT.  
MATTH. XXII. V. XV. XXII.

I.



Ut admodum olim Pharisæi consilium ceperunt, ut illaquearent Christum in sermone: ita omnibus Ecclesiæ aratibus astutissimè id egerunt hæretici, ut illaquearēt ipsius Ecclesiam, & quidem in Sermone Christi, nimirum torquendo & depravando verbum ipsius in Scripturis, quæ admodum Petrus suo tempore conquæstus est: *indocti parùmque stabiles detorquent Scripturas ad suum ipsorum exitium, 2. Pet. 3. v. 16.*

II.

Idem cum hoc ultimo seculo strenuè faciant Pseudodoctores, non tantum in reliquis difficilioribus, minus notis & obscurioribus textibus, sed etiam in familiarissimis pericopis lectionum Evangelicarum; idq; non modò in Scholis aut Scriptis adversus doctos, sed etiam in privatis colloquiis cum simplicioribus ex vulgo, domi & publicè: sicut in nostra historia discipuli Pharisæorum ex instinctu magistrorum tuorum populari quæstione, publicè eorum magna multitudine, Matth. 21. v. ult. Dominum nostrum adorti sunt nostrum est, præsertim quib; sacra dogmata ex officio tractanda & discenda sunt, ut cautè nobis prospiciamus, ut cogitationes malas adversariorum, errores ipsos, subdolos prætextus & consuetas corruptelarum technas perspectas habeamus, Spiritus probemus, & nihil, nisi quod bonum est, admittamus, 1. Joh. 4. 1. Thessal. 5. Act. 17.

III.

Opus autem est tanto majori industria, vigilantia & constantia animi, quia videmus, Christo & veritati insidari non solum privatarum opinionum atq; arrogantis sapientiæ mancipia, sed etiam illos, qui ex sententia Conciliorum & Decretorum Ecclesiasticorum

Decad. p. 219.

Concilia &  
Antistes  
Ecclesia er-  
rare possunt.

tum docent & disputant, quamprimum ab unica norma veritatis recesserint.

## IV.

Hic enim primoeres Cleri Judaici, qui columinæ Ecclesiæ videbantur Ecclesiâmq; ipsam (slylo Romanensî) repræsentabant, coiverunt quidem ad accuratam consultationem, sed illud ipsum unice egerunt, decreverunt, executioni dederunt, quod ad opprimendum Magistrum cælestis veritatis pertinebat.

## V.

Nemo igitur sibi persuaderi patiarur, Concilia legitima (videlicet quæ coguntur ex iis, ad quos cura Ecclesiæ & Religionis ex ordinariis officiis pertinet) errare non posse; *Concilia esse ordinaria & omnino necessarium medium tollendarum hæresum*, Bellarm. l. 1. de Concil. cap. 11.

## VI.

Oportet errare quemvis cæcum, unumquemq; hominem, etiam si tractet, volvat revolvâtq; scripturas, qui Pharisæis Consiliis agitur, non ad obsequium, sed ad persecutionem Christi & veritatis directis.

## VII.

Unde in historia superiorum sæculorum longè plura Concilia legimus, quæ erronea decreta suis anathematismis firmârunt, quàm sana & Orthodoxa in patrocinium sinceræ veritatis coacta.

## VIII.

Noster autem Salvator, ut aliàs sapius, ita etiam nunc de quæstione tum temporis difficilimâ, absq; autoritate Concilii solus respondit: neq; opus est, quoties adversarii quæstiones religionis vel novas, vel suspectas, vel fallas movent, ut censura decisiva tartidui suspendatur, donec in concessu Synodali unanimitis consensus doctorum veritatem investiget, & solenniter decernat.

## IX.

Quilibet minister verbi, autoritate oraculorum Prophetico-rum & Apostolicorum munitus, secundum hanc normam verbi scripti pronunciate potest & debet: sententia vel unico testimonio Scripturæ refutata fortius repulsa est, quàm ut Oecumenicum Concilium, vel aliquot myriades fallorum doctorum contra stare valeant,

*Licet das vid. Dom. 18. Fr.  
mnare erro. f. 29. ad. hui. f. 178  
res. etiam  
absq; Concilio.*

X.

Quilibet  
Christianus  
per Verbum  
Dijudicatus  
ve potest do-  
ctrinam.

Uſq; adeò, ut etiam Laicus & auditor verbi rectè judicet do-  
ctrinam, ſi eadem fideliter conferat cum ſacris literis & analogia fi-  
dei in catecheſi comprehenſa: Judicat enim ſecundum exemplum  
laudabile Bertheoniũ, Act. 17. & Chriſti admonitionem, Joh. 5.  
quam repetunt Apoſtoli, 1. Theſſ. 5. 1. Joh. 4.

XI.

Ex eo, quòd Phariſæi diſcipulos mittunt ad illaqueandum  
Dominum, qui etiam nihil in verſutia ſua inſidiaria deſiderari paſ-  
ſi ſunt: rectè elicit Cæſarius hanc commonitionem: *Doctores  
mali malos reddunt diſcipulos, attende ergò, cui & te & liberos tuos in-  
ſtruendos tradas.*

XII.

Jefuitarum  
ſchola fugi-  
enda.

Nos ſubſumimus quoad liberos & diſcipulos: Jeſuitæ ſunt  
peſſimi Doctores, non ſolum propter doctrinam Antichriſtianam,  
ſed etiã varias Machiavellicas artes & machinationes in toto orbe  
Chriſtiano inſames: Caveant ergò parentes, ne opinione ſingula-  
ris eruditionis aut compendioſiſſimæ methodi falcinati ſuos libe-  
ros ipſorum ſcholis & inſtructioni ſubjiciant.

XIII.

Ut & au-  
todidactos  
innovatores

Omnes etiam *αυτοδιδακτοι* & *ναυτι νεωτεροισι*, ut mali diſcen-  
tes fuerunt, ita etiã ſunt mali Doctores: Cogitent ergò parentes pa-  
triter & liberi, quomodo ſibi conſulant, ſi eam contemtu publica-  
rum ſcholarum bene conſtitutarum *ιδιογυμνασιων* ejuſmodi latibu-  
la ſectentur.

XIV.

Sed & ex colluſione Phariſæorum cum Herodianis, aliàs à ſe  
diſſidentibus, cognoſcamus, cujus ſpiritus filii ſint, qui hujusmodi  
ſtudij ſe dedunt, inq; eis fiduciam cauſæ ſuæ collocant. De Phari-  
ſæis & Sadduceis, de Phariſæis & Herodianis, de Pilato & Herode,  
non de ſinis lucis, ejuſmodi conſpirationem legitimus.

XV.

Contra Syn-  
cretiſmum  
& colluſio-  
nem in reli-  
gione,  
vid. dec. 7. diſp. 17.  
dec. 4. p. 50. 61.

Syncretiſmus igitur ſeu conſociatio diverſarum religionum  
contra tertium oppugnandam, vel hoc nomine ſuſpectos & abo-  
minabilis ſit fidelibus, quia audiunt, eam jam olim approbatores  
& ſectatores tales habuiſſe, qui diabolico aſtro contra Magiſtrum  
veteris reſtarunt, & *ut ſecundum humanam ſapientiam fortius uni-  
ta* pugnare voluerunt.

Uicunq;

## XVI.

Uecunq; improbi fuerunt entiffarii hi discipuli Pharifaeorum, viri scilicet Duplici corde, tamen agnoverunt, ad hominis singularem commendationem & laudem pertinere, si veritatis sit amans, si verax sit, & in veritate doceat, inò absq; mendacio simplici veritate omnia agat & sequatur,

## XVII.

Hoc didicerunt ex antiquissimis scripturis, quæ sua interpretatione id, quod in præcepto octavo Decalogi Mosæ in specie de falso testimonio dictum est, ad thesin universalissimam, h. e. ad prohibitionem omnis mendacii, quocunq; nomine & respectu veniat, traduxerunt: Psal. 5. v. 7. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium,* Syr. 4. v. 30. 7. v. 13. 14. Sap. 1. v. 11. Psalm. 15 v. 2. 3.

## XVIII.

Obiter igitur possumus judicare Photinianorum opinionem, qua contendunt, Christum per doctrinam Novi Testamenti perfectius reddidisse octavum (ipsis novum) præceptum, quod Christianis omne mendacium, etiam ex LEVITATE profectum prohibuerit, Catech. Rac. p. 205.

## XIX.

Quasi verò non prohibitum fuerit tale mendacium semper! quasi non ipsi gentiles ex lege cordibus suis inscripta levitatè mentiendi, etiam si proximo evidens nocumentum non afferret, detestati fuerint!

## XX.

Pessimam malitiam aliorum cognitam habere per se & ratione nudæ notitiæ non violat sinceritatem mentis in cognoscente: non raro prodest ad circumspeditionem tantò vigilantius tuendam sic Christus malitiam suorum tentatorum exactè cognovit, v. 18. ut & *malas cogitationes Pharifaeorum* Math. 9. Sic etiam Paulus non tantùm mentem Christi tenuit, 1. Corinth. 2. v. ult. Sed etiam *voluntatem* Satanae explorata habuit 2. Corinth. 2. v. 11. eoq; cautius istis restitit in organis illius.

## XXI.

Certè quotiescunq; cum aliquo cõgrediendum est, qui fraudulenter agit, perquam utile est, si non tantùm presentibus verbis diligenter attendat, sed etiam insidias ipsius molitiones, intentionem & subdolam *medodiam* præcognitam habeas, ex quo deinceps

Rat. hinc

An Christiano  
octavo præcepto addiderit.

Noticia malitiae, quæ notis v. 18. ita, per se non est peccatū.

ceps singula, sub integumento dissimulationis hypocriticae, & meli-  
libetis verborum occultata, rectius discernere potes.

## XXII.

Legere &  
nos, scerro-  
res licet, utro  
operiet.

Præcipuè in scholis & disputationibus Theologicis ppter in-  
dicatam utilitatem ferè necessarium est, ut quis scripta adversatio-  
rum, confessiones, scopum & intentionem singulorum dogmatũ,  
præcipua fundamēta, distinctiones & subdistinctiones, &c. secun-  
dum ipsorum malā intentionem probè cognita habeat, antequam  
ad certamen cum eis descendat, aut verlutis Sophismatis (quæ pluri-  
simam speciem in fronte, venenum autem in recessu habent) cit-  
cumveniat.

## XXIII.

Unde nec simpliciter prohiberi solet lectio hæreticorum librõ-  
rum, neq; ab auditorib. orthodoxarum scholarum excludantur ob-  
jectiones, quibus ceu telis venenatis veritas per hostes oppugnatur:  
nempe, ut insidiae melius innotescant, tela prævisa minus noceant,  
& piorum animi adversus ista rectius muniantur.

## XXIV.

Christus est  
omniscius.

In Christi autem Domini nostri cognitione, quã malitiam in-  
terrogantiũ animadvertit, etiam si astutissimè occultarent, & longè  
aliud splendidis titulis præ se ferrent, illud singulare est, quòd neq;  
per conjecturas, neq; per externa iudicia, malitiosam intentionem  
vidit, sed per illam majestatem omniscientiæ, de qua Joh. 2. v. ult.  
*Non opus habuit, ut quisq; testaretur de homine: ipse enim sciebat, quid  
esset in homine*

## XXV.

Veni Messias  
jam dudũ  
Genit.

Sicut autem per hanc omniscientiam vel scrutinium cordium  
divinam suam naturam quasi emicare sivit: ita solum officium sin-  
gulare, quòd ut Messias, omnibus seculis juxta vaticinia Prophe-  
tatum desideratus, adit, satis insinuavit Judæis, quando, pro confit-  
matione Regni Romani super Judæos, censum numerare iussit Cæ-  
sari: hoc pacto, quati aliud agendo, digitum intendens in chara-  
cterem præsentis (eu exhibitum Messie, à Jacob Patriarcha designa-  
tum: *Non auferetur sceptrum, Gen. 49.*

## XXVI.

Ut commodius, ad captum vulgi facilius, minori cum offensi-  
one,

one, & solidius, ad propositam quaestionem responderet, prius postulavit sibi *monstrari numisma census*: quod an usualis fuerit moneta in quotidianis commercii usitata, an verò peculiari insigni ad solutionem census excusa, in medio relinquimus.

## XXVII.

Hanc postulationem Jesuitæ & Monachi ita interpretantur, quasi Domino ignota fieri illa moneta: ignorantia causam illam fingunt, quod consulto abstinuerit à tractatione monetae cuius vilissima & sanctam suam professionem minus decentis, quod etiam consilium existimant ex Matth. 17. Job. 13. Ubi non Christus ipse, sed Petrus didrachma soluisse, & Judas Ischariotes, discipulorum vilissimus marsupium gestasse legitur.

*An Christus  
ex contemptu  
pecunie num-  
ismata cen-  
sus ignorã-  
rit.*

## XXVIII.

Ceteri verba suis hoc loco: Si pretii alicujus pecunia esset, utique Dominus eam habuisset: sed inter ea, qua bona sunt, infimo loco est, nempe sordida & luti plena, pag. 617. Idem, part. 3. conc. p. 407. super Evang. Joh. 6. scribit: Christus quasi ignorantiam pecuniarum pre se ferebat, unde cum de numismate census interPELLARETUR, voluit illud prius sibi deferri, interrogans, cuiusnam imaginem contingeret. Vilissimus Apostolorum loculos circumferebat: & contemptibiles in Ecclesia super Bidixâ constituendi, 1. Cor. 6. v. 4.

## XXIX.

Committunt autem fallaciam causæ. Non potuit latere Dominum imago numismatis, præsertim præsentibus oculis jam exhibita, & circa inscriptione insignita, nisi Dominum sapientissimum rudissimum & literarum Alphabeti ignarum inducere ausis.

## XXX.

Postulatæ indicationis & quaestionis: cuius est imago & inscri-  
ptio? Vera causa fuit, ut propriam insidiantium confessionem publicè extorqueret, qua constringerentur, Imperatorem Romanum manifesto exercitio regalia privilegia in regno Judaico usurpare, idèq; Judæos ipsius subditos esse.

*Vera causa  
postulari us-  
urpationis.*

## XXXI.

Sive enim Jerosolymis vel alibi inter Judæos illa moneta

neta

neta cusa, vel à Romanis eò delata fuit: in confesso est, supremi magistratus regale esse, signatam monetam eudere & imponere: quemadmodum 1. Maccab. 15. Antiochus Simoni libertatem promittens, simul potestatem eudendi numisma dedit; quod certe illi nunquam concessum fuisset, si Asiaticis Regibus adhuc subiectus mansisset. Ne dicam, de quorundam sententia, qui existimant, olim non fuisse permissum, ut alterius cusedam principis moneta inferretur interterritorium: in contractibus autem eudem massam argenti & aurì à peregrinis fuisse adhibitam.

## XXXII.

Notanter quatit Dominus, non de quovis numismate, sed de numismate census: ex quo sponte & promptè exhibito hunc sigillum in cordibus eorum excitare potuit: *quicunq; Casaris numismate census utitur, ille est Casaris subditus: vos utimini: Ergò.*

## XXXIII.

Nihil igitur superstitiosa sanctimonia Monachorum factum & quaestio Domini patrocinatur. <sup>1</sup> Vilissimo, ut vocant, Judæ opponimus Principem Apostolorum Petrum, cui Matth. 17. Iussu Domini stater tractandus fuit. <sup>2</sup> Præsentia viluati pecuniæ opponimus miraculum Domini, quod in procurando statere designavit Matth. 17. & Præceptum Pauli, quo ad omnes etiam sanctissimos parentes pertinere ait, ut thesaurizent liberis suis, 2. Corinth. 12. vers. 14.

## XXXIV.

Quod locum 1. Corinth. 6. ne quid dicam de schemate locutionis, quod non exhibet mandatum vel ordinationem: accipienda est illa contentibilitas comparatè, nempe tales elemosynis præficiébatur, qui dignior docendi munere non erant occupati, aliàs sapientia & Spiritu Sancto pleni, Actor. 6. v. 3.

## XXXV.

Indicatum numisma census non tantum inscriptionem sed etiam imaginem habuit: de utraq; Christus expressè quaesivit, sine ulla improbatione: ut & de ipso Siclo, Hebræorum moneta, constat, quod una facie imaginem virgæ Aaronis, alterâ verò inversa calliculum thuris ostentârit. Et antiquissimis temporibus Abrahæ signatam monetam in usu fuisse videre est, Gen. 23. v. 16. Josephus  
autem

autem eusam monetam, cujus inventionem Herodotus Lydiis tribuit, ad Cainum refert.

## XXXVI.

Unde colligitur, Fideles Veteris Ecclesiæ nunquam in illa sententia fuisse, neque etiam appendicem primi præcepti ita intellexisse, quod imagines neque facere, neque habere liceat.

*An imagines per se prohibita sint.*

## XXXVII.

Quod tantò evidentius constat, quando in factis, non tantum imagines leonum in solio Salomonis 2. Paral. 9. v. 18. Sed etiam Cherubin super propitiatio Exod. 25. ut & aliæ imagines divina ordinatione factæ, & tabernaculo Molatco illatae fuerunt: Item, quod Deus in natura mirabiles imagines fabricat, & per visiones delineare consuevit.

## XXXVIII.

Si imagines per se neque fieri neque haberi possunt, citra transgressionem primi præcepti: ipsa ars pictoria & sculptoria (quarum opera vestes accipiuntur, formæ herbarum & animalium exhibentur, insignia & imagines illustrium virorum representantur) damnanda & è medio tollenda foret. Posterius autem absurdum, & cum evidentiissimo detrimento Reipublicæ, imprimis aliquot artium liberalium, Anatomica, Botanographica, Zoographica, Astronomiæ & Geographiæ, Meteorologiæ, Opticæ, &c. conjunctum est. Ergò etiam prius.

## XXXIX.

Quæcumque ars per se ad bonum usum, singulare Spiritus Sancti Donum est, illa & illius effecta per se non possunt violare præceptum Domini, sed ars sculptoria est singulare donum Spiritus Sancti. Ergò. Minor expressè legitur de Otiabo & Belaleele & aliis, Exod. 28. v. 3. 31. v. 3. 35. v. 34.

## XL.

Indignè igitur faciunt Iconoclastæ Calviniani, qui non tantum contra Idolatricum abusum statuarum & imaginum (quem nos quoque ad ortum damnamus) sed etiam cõtra ipsas imagines, eorumque bonum usum, præsertim in templis, tum scriptis infensissimis, tum verbis, malleis, ligonibus & securibus grassantur.

*Contra Iconoclastas Calvinianos.*

## XLI.

Iniqui sunt interpretes legis Divinæ, quando eo etiam facturæ opponunt: & quoties nos argemus, tantum cultum imaginum

religiosum & εἰδωλοποιῖαν prohibere, seu caput Medusæ, vocabulum FACIENDI obijciunt ex dicto, Exod. 20. v. 4. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra.* Item Psalm. 115. v. 8 *sunt ipsa sunt, qui faciunt ea.*

## XLII.

*De genuino  
sensu prohibi-  
turus ima-  
ginis Exod.  
20.*

Verba Legis audemus, & debita humilitate veneramus: sed de diavola & mente, non ex proprio cerebro; non ex spiritu Caro- lostadiano; non ab exemplis veterum Iconoclastarum; non à praxi adversariorum, qui omnino à templa Judaicis Synagogis & Mahometanis Moscheis similia habere volunt: sed ex harmonia scripturarum & praxi Prophetarum statuendum esse, rectè existimamus.

## XLIII.

Ad quem genuinum & indubitatum sensum propius pervenire possumus hac ratione: Aut talis factura imaginum tantum est prohibita, quæ spectat ad religiosum cultum & superstitionem: aut simul omnis εἰκονοποιῖα, seu factura imaginum, quæ talium, & sic ea quoq; interdicta est, quæ ad ornatum & rerum memorabilium recordationem, aut similem bonum usum directa est. Atqui non ἀπὸ παντὸς omnis εἰκονοποιῖα moraliter prohibita est. Ergò tantum prior.

## XLIV.

Assumptio manifesta ex iis, quæ antè dicta sunt: eidem patrocinatur liber usus in primitiva Ecclesia, de quo testatur historia, nominatim de imagine passionis Christi, imolari Isaaci, de imaginibus Apostolorum & Martyrum, Hæmerihouæ, &c. *vid. de veteri pict. cap. 103. & prim. sic. q. 28.*

## XLV.

*Usus imagi-  
nis in tem-  
plis.*

Neq; negari potest utilitas imaginum ad jucundum ornatum; ad declarandum nostrum affectum erga insignia organa Ecclesie & dilectissimos defunctos; ad commensationem simplicium, quibus pictura quasi uno obrutu historias Biblicas in memoriam revocet; ad excitandum zelum imitationis &c.

## XLVI.

Suam intentionem summus legislator satis manifestavit, nisi sponte tenebras sectari vellemus; Quo enim respectu & qua de causa simulacra tam infernarum, quàm supernarum rerum, visibilibus & invisibilibus fieri nolit, significavit illis verbis: *non adoratis ea neque coles.* Id quod

## XLVII.

Id quod simul ex genere primi præcepti (cujus appendix sunt allegata verba, vide Disp. 3. hujus Decad.) concluditur: Tantum illo respectu & utu imagines, sive sculpræ sive pictæ, sunt prohibitæ in lege Domini, quo respectu sunt Dii alieni. Sed imagines, quæ tales in sua materia & forma, neque etiam in ornatu vel utu memoriali, non sunt Dii alieni. Ergò.

## XLVIII.

Et exemplis detestationis Biblicæ illustratur, vituli aurei, Exod. 32. Idoli in Domo Micha, Judic. 17. vitulorû Jeroboami, quibus subditi à templo ordinario avocabantur, 1. Reg. 12. statuæ aureæ Nebuahodonot. Dan. 3. Belis & Draconis in fragmen. Danielis. Idolomania gentilis, Rom. 1. v. 23. 1. Cor. 8. v. 4. cap. 10. v. 7. 1. Joh. 5. v. ult. Gal. 4. v. 8. 9. Diana Ephesinæ, Actor. 19. v. 24. 26. Ejusmodi detestationes adversus imagines in genere nullibi legimus.

## XLIX.

Ut rectè colligat, qui ita ratiocinatur: si Christus & Apostoli nusquam prohibuerunt vel reprehenderunt usum imaginû, extra usum idolatrias: neque in lege Mosæica moraliter prohibitus fuit: Atqui nusquam talis prohibitio legitur, Ergò. Manifestum enim est legenti scripta Evangelistarum & Apostolorum (quòd pro connexionione majoris dicimus) omnia & singula præcepta Decalogi à Christo & Apostolis repetita & frequentibus exhortationibus inculcata esse.

## L.

Addimus etiam illud argumentum: quæ intentione non licuit insignem lapidem in terra Israël erigere: eadem etiam in præcepto morali sculprilia & imagines prohibita sunt: sed insignem lapidem ideo tantum erigere non licuit, ne adoraretur, & ne incurvarent se Israelita coram illo, Levit. 26. v. 1. Ergò tantum ideo imagines, sculprilia, & statuæ in præcepto morali prohibita fuerunt.

## LI.

Majoris certitudo ita stabilitur, quia sicut verba Exod. 20. continent explicationem generalis præcepti, de non habendis Diis alienis, per accommodationem ad certam speciem, in idolatriæ

cultu vicinarum gentium admodum conspicuam: ita mandatum, Lev. 26. *Coniunctam* explanationem, repetitionem & specialem accommodationem appendicis de non faciendis aut adorandis simulacris; quod ex coherentijs verborum & collatione cuius patet.

## LII.

Minor probatur exemplo Josua, c. 24. v. 20. ubi ante mortem lapidem *πυρρος* erectum legitur: sicut & Samuel, 1. Sam. 7. v. 12. & Jacob ante latam legem, Gen. 28. v. 18. hujusmodi cippos erexerunt. Huc etiam referendum est altare Ruben Gad & Manasse Jos. 22. v. 10. 27. 28. 29.

## LIII.

Libi crassum errorem committit Pistorius Apostata qui in Historico suo, p. 289. pronunciare ausus est, exemplo Rubenitarum, *recte nonnulla fieri posse contra literam legis, modo proficiantur ex bona intentione*: quod obiter interspergere liceat.

## LIV.

Accuratè igitur in vera Ecclesia distinguimus inter imagines per se earumque meliorem usum, & inter imagines seu idola cultui religioso obnoxia: quæ expressè rejicimus, & si quæ ad hunc finem prostant, ordine & decenter tollendas esse judicamus.

## LV.

Utiq; ad eò, ut similem demolitionem suadeamus adversus illas statuas & imagines, quæ ab initio bono quidem sine erecta sunt, postea autem ad superstitionem idolatriæ degenerare, aut certam occasionem vanitatis & obsecris cogitationibus aut turpiloquio præbere, cœperunt: exemplo serpentis avari, Num. 21. v. 8. 2. Reg. 8. v. 4.

## LVI.

Historicum verò usum non tantùm in ædibus privatis retinemus (quo in usu potiorẽ partem Iconoclastarum faciem & consentientem habemus) sed etiam in templis licitum. in o certis modis supra indigitatis utilem esse, persuasi sumus, & suademus aliis, his rationibus.

## LVII.

Quicquid Christiano non dedecet extra templa, idem etiam intra templa violationẽ peccati non habet: sed extra templa nõ dedecet, neq; conscientiam violant imagines historicae, (i ex supra di-

ctis

*Imaginum  
usus licitus  
in templis  
concessus.*

ctis, 2. consensu adverte partis, 3. palpabili evidentiâ, aliâs insignia quoq; principum & nobilium ad unum omnia oblitteranda, & monetæ imaginē B. Virginis, Apostolorū, Magnatum & Episcoporum gerentes e medio tollendæ essent.) Ergo etiam in templo.

## LVIII.

Consequentia roboratur. Quia pietas moralis, citra respectum temporis & loci, sibi & præceptis DEI conformis esse debet: ubiq; pariter timendos DEUS; ubiq; puræ manus in cœlū tollendæ, 1. Tim. 2. v. 8. Ubique Christiani sunt Sacerdotes Spirituales. 2. quia sub joco majoris rigoris, tamen imagines DEUS in tabernaculo suo probavit. 3. quia præcepti nullam limitationem exprimit: *non facies tibi sculpsit, NISI extra templum & loca sacrâ, vel similem.* 4. Quia usus nostrorum templorum prorsus ceremonialis & totaliter in libertate Christiana relictus est. 5. Quia mundis omnia sunt munda, Tit. 1. v. 14. 15. & idolum per se non est in mundo, 1. Cor. 8. v. 4. 6.

## LIX.

Intra terminos veri usus, quem sincera pietas facillè gubernat, omnia faciendâ & ferendâ sunt: cui etiam advertari docemus excessum, quando nimii sumens in splendorem imaginum, aliis magis necessariis posthabitis, vel etiam vivis pauperum imaginibus neglectis impenduntur.

## LX.

Quod verò in specie attinet imagines, quibus per insignem audaciam & mendacem falsitatem. DEUM invisibilem & SS. Trinitatem pingi dicunt. Antagonistæ: disertè nos respondemus: Nullo homini, sive fictori sive pictori licitum esse simulacrum DEI facere propter testimonia perspicua, Deut. 4. v. 15. Eia. 40. v. 18. Joh. 4. v. 24. Rom. 1. v. 20.

## LXI.

Nobis huiusmodi reatus iniquè imputetur, propter picturas, quibus non ipse DEUS, sed formæ, quibus sese DEUS Patet, DEUS 7 v. 13. Spiritus Sanctus, Act. 2. v. 3. Math. 3. v. 16. vel filius DEI tum seipsum, tum mysteria futurorum eventuum Jo-  
*Non Deus, sed divina patet factio, nec repræsentantur.*

## LXII.

Cur imagi-  
nū usus vin-  
dicetur.

Quando autem imagines ita propugnāmus; non ipsa simul  
lachra honoramus aut tantifacimus; propter quā charitas Christi-  
ana sit violanda, vel pax Ecclesiæ turbanda, multo minùs quic-  
quam vel minimum à zelo contra Iconolatriam pontificiam remit-  
timus: sed asserimus nostram libertatem Evangelicam, contra  
eos, qui nostras conscientias captivare, simplicium conscien-  
tias illaqueare, & sinceras Ecclesias gentilismo Affines, Doctores  
autem, idolorum patronos vocare volunt & solent.

## LXIII.

Cōtra Pon-  
tificium cul-  
tum imagi-  
num.

Et sanè contra Papistarum Doctrinam de imaginibus nunc  
quidem nihil dicerem, nisi ipsimet circa hoc Evangelium nostram  
avertationem vellicarent, quā occasione simul, breviter tamen,  
nostram fidem modò factæ protestationis liberare possumus.

## LXIV.

img: imag.

Costerus in consideratione hujus numilmatis, part. 1. conc.  
pag. 618. postquam enarrasset, antiquitus Imperatorum & Prin-  
cipum imagines. 1. in montis expressas, 2. de collo suspentas, 3. in la-  
baris & militaribus signis usurpatis, 4. & in locis publicis privatisq;  
erectas esse, non tantùm ad recognitionem Domini, sed etiam ad  
eorum honorem; tandem infert: *Optimè ergò Constantinus ima-  
ginem crucis, non in vexillis solum, sed & in armis militum formari  
jussit, ac in plateis & vicis: ut NON MINUS in imagine sua honora-  
retur Christus, quàm Principes & Imperatores.*

## LXV.

imagines honoranda  
sunt a catholicis  
non religiose  
q. d. p. 2. p. 2.

Addit autem: *quanquam & longè ante ipsum à primo Ecclesia  
initio, ex Apostolica traditione, Christi & Sanctorum ejus imagines  
honorate fuerunt. Hanc Catholicam Doctrinam sequere, imagines ho-  
nora, in eis figuratum cogitans, quem honoras, p. 619.*

## LXVI.

Per vocabulum; HONORARE cautè sibi prospicere volu-  
it Jesuita, ne crudam & crassam Pontificiorum Idolatriam totali-  
ter prostitueret, quemadmodum etiam aliàs strenuè omnem su-  
spicionem Idolatriæ amoliri conantur Romanenses.

## LXVII.

Et sanè si de civili tantùm vel externa & ceremoniali honore  
quæ-

quæstio esset, salva res foret per concessionem præmissas: Annon imagines Sanctorum honoramus, dum in orationibus nostris locum ipsis præbemus? dum per imagines revocamus nobis in memoriam perpetuam res eorum gestas? &c.

## LXVIII.

Quamvis ex textu nostro ostendi evidenter nequeat, Christum, vel quemvis alium, honorem imagini Cæsaris saltem civiliter exhibuisse.

## LXIX.

Verùm longè sublimiorem honorem Papistæ requirunt: *cul-* <sup>Quomodo</sup> *rum* videlicet *religiosum*, quem etiam in quotidiana praxi, *salutan-* <sup>Papista ima-</sup> *do*, *osculando*, *amplexando*, *adorando imagines*, & *incurvando genua* <sup>gines colant,</sup> *coram illis*, exercent; h. e. nomen Idolatriæ refugiant, reipsa autem committunt.

## LXX.

Loquantur pro accusatione hac demonstranda: Concil. Trid. *Honos, qui imaginibus Sanctorum exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa representant: stant PER imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, CHRISTUM & Sanctos veneremur.* 2 Omnes illi, quos Bellarminus nominat, lib. 2. de imag. c. 20. quod docuerint, *eundem honorem debere imagini & exemplari, id est, adorandum esse Christi imaginem cultu latræ; B. Virginis cultu hyperdulta; aliorum Sanctorum, cultu dulta.* 3 Ipsi Bellarmini assertio, c. 21. *Imagines Christi & Sanctorum veneranda sunt, non solum per accidens, vel improprie, sed etiam per se & proprie, ita ut ipse terminent venerationem, ut in se considerantur, & non solum, ut vicem gerunt exemplaris,* 4 Confessio Gregorii de Valentia: *licitum esse divinum imaginum cultum, quia honor ille divinus eis tribuitur, non SICUT DEO, sed sicut imaginibus.* 5 formula precum: *ô crux ave, spes unica. salva catervam in tuis laudibus congregatam.* 6 Regula Thomæ, p. 3 q. 25. art. 3. *Omnis imago est veneranda, sicut illud, cuius est imago; cum ergo Christus adoretur adoratione latræ, consequens est, quòd imago eius etiam adoranda sit adoratione latræ.*

## LXXI.

Idèòq; Iconolatrias urgemus tali Syllogismo: Quicumq; Deum aliter colit, quàm ipse suo verbo præcipiit, Idolatra est: qui

Sed qui adorant imaginem ejus, Christi crucem & imaginem, (et jam cum opinione, quod cultus feratur in ipsum, qui per imaginem figuratur) DEUM aliter colunt, quam præcipiit, Ergo Idolatriæ sunt, etiam nomen refugiant, protestantur enim contra factum.

## LXXII.

Majorem probamus exemplo Israelitarum, Exod. 32. de quibus nemo sanus cogitat, quod vitulum aureum pro ipso DEO habuerint: seu cultum divinum ipsi, Sicut DEO, tribuerint: in ðone quidem fieri potest, ut creaturæ tribuatur verè divinus honor, & tamen non sicut DEO: sed tantùm voluerunt DEUM verum qui ipsos potenti manu ex Ægypto eduxerat, per illum vitulum, & cultum vitulo exhibitum, solenniter colere, h. e. ut cum Valentiano loquamur, exhibuerunt Divinum honorem vitulo, non sicut DEO, sed sicut fusa imago: & tamen ut veri Idolatra reprehensi & puniti sunt.

## LXXIII.

Avarus fiducia sua colens aurum, non sicut DEUM, sed sicut aurum, tamen idolatra est. Coloss. 3. v. 5. Similiter describitur idolatria, Judic. 17. v. 3. & 13. Rom. 1. v. 21. Actor. 17. v. 23. 25. Præcipue, Levit. 26. v. 1. *incurvato coram statua pro formali idolatrias ponitur.*

## LXXIV.

*Idolum quid sit.*

Idolum nihil aliud, est, quàm omne illud, quod colitur honore Divino, cum sit extra DEUM: Ergo idolatra est, qui imaginem Divino honore colit, utpote extra DEUM positam: Id quod hoc loco contra cultum imaginum sufficiat, cum ipsi Adversarii agnoscunt, idolatricum cultum imaginum prohibitum esse.

## LXXV.

Unicum adhuc considerent pii: Legatis DEI, quales sunt fideles ministri verbi, 2. Corinth. 5. Luc. 10. nec debetur nec exhibetur honor Divinus: multò igitur minus talis honor competit inanimis statuis vel idolis.

## LXXVI.

Nunc tandem, post inspectionem numismatis, & luculentam confessionem Phariseorum, Christus disertam edit responsonem, qua diligenter consideranda est: *Reddis, qua sunt Cesaris, Cesaris: Et qua sunt DEI, DEO.*

*11. Caf. reddere.*

Quæ.

LXXVII.

Querantur missi legati tantum, an liceat Cæsari censum dare? Respondet Magister, non modo licitum, sed etiam debitum necessarium; non solum censum solvendum, sed etiam omnia alia ad legitimam subjectionem pertinentia præstanda esse.

LXXVIII.

Quamvis enim, secundum observationem Erasmi, vox ἀποδοτε ratione Grammaticæ, tam indicativi, quam Imperativi modi fit; tamen hoc loco imperativè accipienda est. <sup>1</sup> Propter voculam ἔν, quæ illationis vim habet. <sup>2</sup> Aliàs quæstio proposita non fuisset soluta, <sup>3</sup> & de iis, quæ Dei sunt, itidem narrativè esset accipienda: cum tamen certum sit, Judæis à Christo non tribui hanc laudem, quod hæcenus debitum reddiderint Deo; sed potius hoc studium, occasione sollicitudinis de Cæsare, diligenter ipsis injunctum fuisse.

ἀποδοτε  
est impera-  
tivus.

LXXIX.

Non contradicit sibi Christus, dum redditionem Cæsari debitam præponit; qui aliàs Matth. 6 primo querere regnum Dei jubet: sed accommodat se scopo præsentis quæstionis, ad quam affirmativè sub genere respondet, & deinde occasionaliter illam sive limitationem, sive cautelam adpicit, non tantum Cæsari illos satisfacere debere, sed etiam Deo, qui supra omnes Reges & Imperatores positus est.

Cur primò  
Cæsari suum  
tributum Chri-  
stus.

LXXX.

Afferit autem Christus Magistratui Politico suam dignitatem, & subditos non tantum ad observantiam & obedientiam, sed etiam ad vestigalia & tributa adstringit, contra Anabaptistas, Monachos, Photinianos & alios quosvis, qui vel ipsam dominandi potestatem, vel officia per se eò pertinentia, calumniantur.

Pro dignita-  
te Magistrat-  
us politici  
contra Ana-  
baptistas &  
similes.

LXXXI.

Cuicumque Christus reddere jubet etiam in futurum debita officia, ex eo fundamento, quia ipsius sunt: istius jus & statum, quàm talem probat & asserit etiam in Novo Testamento: sed Christus jubet etiam in futurum reddere Cæsari, quæ debentur, ex eo fundamento, quia Cæsaris sunt. Ergo etiam probat & asserit Cæsaris jus, statum & imperii dignitatem.

## LXXXII.

Diligenter sunt notanda verba, quæ Cæsaris sunt, 2 notanda est *quæritas* Cæsaris, qui eo tempore Gentilis & à religione Christiana alienus fuit, 3 notanda est, circumstantia loci, quod quærites de Cæsare forte ipsam personam Imperatoris, Romæ residentem, nunquam viderint, idè hinc appellatione Cæsaris omnes ipsius officiales & exactors census intellexerint.

## LXXXIII.

Præcludunt enim exceptionem Anabaptistarum, obedire quidem magistratui posse & debere Christianum, non autem alius imperare, q. d. vim iustam quidem bona conscientia ferri posse, non autem alius inferri: Aut quasi hoc mandatum reddite, perinde comparatum sit, sicut exhortationes ad patienter sufferendam persecutionem: ubi patientes quidem piè & rectè faciunt: non tamen ideo persequentes rectè faciunt multò minus ordinationem à Deo habent.

## LXXXIV.

Præbent etiam argumentum à minori ad majus: si Magistratus infidelis, quæ Magistratus, in tali statu vivit, ut ipsi, secundum doctrinam Christi, de jure, census & alia subjectionis officia debeantur: longè potius ita sentiendum est de Rege & Principe fideli, 1. Timoth. 6. v. 1.

## LXXXV.

Non obstat libertas Christiana fidelibus in Novo Testamento peculiariter concessa: quam quidem Anabaptistæ potissimum prætexunt, & Magistratum in Veteri Testamento gravamen fuisse autumant, quod una cum reliquo jugo Judaico tantum HEBRÆVALUIT.

## LXXXVI.

Idem enim, qui asseruit nos in nostram libertatem, Johan. 7. asseruit etiam Magistratus suam dignitatem. 2 Regnum gratiæ Christi, quod spirituale est, non impugnat, nec tollit potestates regnorum terrestrium, quod ipse Rex suo exemplo demonstravit, Marr. 17. Johan. 19. & Paulus utrumq; præcipit, ut tueamur libertatem, Gal. 5. v. 1. & ut Dominiis subditi sumus, Rom. 13. v. 1, Eph. 6. v. 1. Coloss. 3. v. 23.

## LXXXVII.

Posse autem hominem Magistratum gerere dominando, & tamen fidelem seu piè Christianum esse, docet Potissimum dicitur

etiam Pauli, 1. Tim. 6. v. 2. *qui FIDELIS habent DOMINOS*, ubi Fides & Dominium coniunguntur. 2. Exempla eorum, qui ex statu Magistratus politici ad religionem Christianam conversi sunt, neque tamen post conversionem vel avocati à pristina statione vel sponte recessisse legantur, Matth. 8. Actor. 8. & 10. 3. Regula Apostolica: *Quilibet in vocatione, qua vocatus est, maneat, 1. Corinth. 7.*

## LXXXVIII.

A fide Christiana pendet rectus usus politicae potestatis, juxta regulam: Quicquid non est ex fide, peccatum est, Rom. 14. v. ult. polluit & infidelibus nihil est pium, sed polluta est eorum mens & conscientia, Tit. 1. v. 15. Non autem ipsa potestas per se à fide pendet, quasi legitimus Magistratus non sit, nisi fidelis: aut obedientia jure denegetur Domino, qui à religione Christiana alienus est.

## CXXXIX.

Nam ordinatio Magistratus ita est juris Divini, ut simul juri naturae congruat, & se se ad omnes populos orbis terrarum extendat; ideòque etiam impii quique Domini, seu vasalli, potestatem à Deo accipiunt, etiam si ea abstantur, eoque nomine gravissimas aliquando poenas daturi sint, Psalm. 82. v. 6. Joh. 19. v. 11. Sap. 6. v. 4. 5. Prov. 8. v. 15. Dan. 2. v. 21. 4. v. 32.

## XC.

Et specialiter Spiritus Sanctus non solum obedientiam erga iniquos Dominos, 1. Pet. 2. v. 18. Matth. 23. v. 21. Sed etiam preces fieri vult à fidelibus pro infidelibus Dominis, 1. Tim. 2. v. 1. 2. Jerem. 29. v. 7.

## XCI.

Seditiosè igitur decernit Bellarminus lib. 5. de Rom. Pontif. cap. 7. *Non licet Christianis tolerare regem infidelem, aut hereticum si ille conetur perturbare subditos ad suam heresim vel infidelitatem.* Col. 891. Item, 892. *Non tenentur Christiani, imò nec debent, cum evidenti periculo religionis, tolerare Regem infidelem.*

*Seditiosa doctrina Papistarum.*

## XCII.

Ne quid dicamus de aliis ignominiiis quibus Clerici statum politicum affecerunt, & multorum conscientias ita perturbaverunt, ut abdicato suo munere in monasteria se addiderunt, eo

fine, quo prioris vitæ politicæ impuritatē iterum quasi eluerent.

## XCIII.

Cum autem Magistratus sit *ἄριστος ἐπιλοχων*, & potestatem suam imprimis per leges exerceat: reddi Cæleri & Regibus non potest, quod illorum est, nisi etiam eorum leges & statuta recognoscantur & obsequenter observentur.

## XCIV.

In liberapote-  
state Ma-  
gistratus ut  
leges civiles  
condere.

Hic sicut Rex cœlestis in suo verbo, tantum in genere simp-  
rem & tremorem, h. e. sinceram pietatem requirit: non autem cer-  
tam formam gubernationis vel Monarchicam, vel Aristocraticam  
vel aliam prescribit: ita etiam in Dominorum, tam fidelium, quam  
extra Ecclesiam dominantium, potestate relictum est, pro quali-  
tate regni, subditorum, locorum & temporū, vel veteribus & rece-  
ptis legibus uti, vel novas ad commodum Reipublicæ instituire.

## XCV.

Leges foren-  
ses Moysi sup  
abrogata.

Qua in parte Novum Testamentum peculiari libertate gau-  
det: Nam in veteri Ecclesia DEUS tam Reges quam subditos cer-  
tis legibus forensibus adstrinxit, quæ post adventum Christi ita ab-  
rogatæ sunt, ut neminem obligent, nisi quis liberè usurpare velit,  
non quod in scriptura extent, sed quia præsentī conditioni vel et-  
iam legi naturæ & æquitati congruunt.

## XCVI.

Abrogationem forensium legum Moysi, Apostolus eo ipso  
stabilivit, quando etiam Ethnico Magistratus (qui certè statuta Ju-  
daica ignoravit & neglexit) propter conscientiam parere iussit, Ro-  
man. 13. v. 5.

## XCVII.

Sicut cum ruptura veli Luc. 23. v. 45. & demolitione templi,  
Ceremoniæ Leviticæ conciderunt, Col. 2. v. 16. Ita etiam cum  
destructione Regni Judaici judiciales leges Moysi exprârunt: quæ  
utraq; leges habuerunt rationem umbratam, Heb. 10. & constitu-  
erunt interstitium inter Judæos & Gentes, quod Christus sustulit,  
Ephes. 2. v. 14. 15.

## XCIII.

Politia Judaica, ideoq; etiam leges istius propriæ, durare non  
deberunt ultra adventum Christi, Gen. 49. ideoque in clausulis  
formalibus ita conceptæ pleræque sunt, ut non ad omnes popu-  
los,

los, sed tantum ad personas tempora & loca circumcisi populi quadrarent.

## XCIX.

Christus uno exemplo de divitiis, Matth. 19. prævit, ubi liquido significavit, forensia ad ingenium populi fuisse accommodata, v. 8. subsecuta est praxis Christianorum Principum unanimi consensu: propter quem non apparet, quomodo consultò ad usum revocari queant leges, de pœna furti, Exod. 22. v. 1. de filio propter ebriositatem & prodigalitatem à parentibus ad capitale supplicium offerendo, Deut. 21. v. 20, 21. De filio parentibus maledicente, Exod. 21. v. 15. De hero impune abeunte, etiamsi servum lethaliter percussit, Exod. 21. v. 21. De Domino cornupetæ bovis, Exod. 21. v. 29. & similes aliæ: cum crescentibus delictis pœnæ exasperandæ vel alias ob causas mitigandæ fuerint,

## C.

Hæc adversus Spiritum Caroloftadianum annotantur, eò quòd scintillas quasdam, adhuc nostra ætate, resuscitet in quibusdam Herbornensibus, quorum scripta publicè extant.

## CI.

Indignum videlicet judicant, si leges ab hominibus excogitata præferantur iis, quæ divinam sanctionem, sapientiam & auctoritatem præ se ferunt. 2 Dicunt, meliorem formam Reipublicæ dari non posse, quàm quali Deus Israëliticum populum gubernari voluit: sed non attendunt, si nihil Pontificiis vel aliis responderi posse, qui ceremoniarum Ecclesiasticarum apparatus alius liberè receptis ritibus Ecclesiæ præferre velint.

*Instantia  
Herbornen-  
sium.*

## CII.

A legibus pender judiciorum ratio & processus: ad hunc confugere licet homini Christiano salva conscientia, dummodo justitiam causæ justamq; tutelam, non verò damnum proximi per se querat, aut cupiditatem vindictæ expleat, Actor. 25. v. 10. 26. v. ult. Matth. 5. Rom. 12.

*Id est suum pro  
sequi licet  
coram ma-  
gistratu.*

## CIII.

Stante autem & verbo DEI suffulta præminencia Magistratus, exulare oportet tum communionem bonorum omnium & ipsam, quam Anabaptistæ una cum contemtu Magistratus in Christianissimum invchere conantur.

*Contra  
isolam  
& commu-  
nionem bo-  
notiam.*

## CIV.

In quaestione, *quid dandum sit Caesari* ferè solus textus Apostolicus, Rom. 13. sufficientem reipsonem suppeditare potest; idèq; ex hoc Evangelio sabinde ad illum recurrentum est.

## CV.

Ibi vero Paulus, non illa solùm inculcat subditis, <sup>1</sup> quòd debeant subjacere potestati, tanquam divinae ordinationi, <sup>2</sup> quòd debeant Magistratũ timere, & ex timore bonum facere & malum vitare; <sup>3</sup> quòd defensio super bono, & poena adversus malos à Magistratu expectandæ & iustinendæ sint, <sup>4</sup> quòd honor, obsequium, census & vectigalia solvenda sint: sed imprimis *gladium* accingit, his perquã emphaticis verbis: *Non temerè gestat gladium, nam Deus minister est, ultor ad iram ei. qui, quod malum est fecerit.*

## CVI.

Civick

Contra Phocinianos pro capitalibus supplicis & bellis.

Non igitur Caesari reddunt, quæ sunt Caesaris, Photiniani, qui Anabaptismum novo suffragio iustulturni, ex armare audeni Magistratum, & gladii potestatem tantum de severioribus cogitandi modis, non verò *κατὰ πρός* de cruentis poenis & capitalibus supplicis interpretantur.

## CVII.

Negant enim simpliciter, quòd præcepta Christi, permittant, ullis hominum vitam adimere, idèq; non tantum non concedunt, ut Christianus propterea vitæ conservandæ causa latronem interficiat, sed etiam bella omnia promiscuè improbant videatur Exeg. A. cõf. Menzeri, p. 725. 726.

## CVIII.

Nos autem scimus, Christum Salvatorem nostrum ex antiquissimo jure, Gen. 9. v. 6. capitale supplicium etiam ad Christianum Magistratum transtulisse, Matth. 26. v. 52. *quis acceperit gladium, gladio peribit: non privatã vindictã, quæ strictè prohibita est, Matth. 5. Ergò publicã* cujus gratia Magistratus gladio accinctus est, Rom. 13.

## CIX.

Si quædam crimina sunt, quæ poenam capitalis supplicii merentur, utiq; Magistratus gladium adversus illa stringere debet, ratio: quia Magistratus DEI loco est vindex ad iram, Rom. 13. & *maledictus est, qui opus Domini negligenter facit, & gladium non*

EVACU-

avacuat. Jer. 48. Aufer malum de medio, Deut. 19 v. 20. Sed sunt quaedam crimina morte digna, quod moraliter ex legibus divinis fori Judaici planissime colligitur, Ergò.

CX.

Certè nisi Magistratus fontes puniat, & pro gravitate delicti juxta jura è medio tollat, neq; justitiam tueri, neq; incolumitatem Reipublicæ conservare neque charitatem paternam subditis debitam præstare poterit, Psal. 82. Rom. 13. 2. Reg. 20. v. 42.

CXI.

De bello autem consimilis ratio est. Magistratui incumbit defendere bonos ab injuria: sed sine bello defensio contra hostiles invasiones fieri nequit: Ergò neq; bella, ex ratione officii, Magistratus profus evitare poterit.

CXII.

Si bella, etiam postulante necessitate & justa de causa, legitime suscepta, aliena essent ab officio Christiani Magistratus, & Christiani & Apostoli ab illo vitæ genere avocassent eos, qui Evangelium amplexi sunt, quod tamen nusquam factum legimus, Matth. 3. Act. 10. Joh. 4. v. 46. nec Christus parabola Luc. 14 v. 32. esset usus & Neq; Johannes Baptista peculiari pietatis regula milites instruere debuisset, Luc. 3. v. 14.

*bella sunt licita*

CXIII.

Præter hæc omnia præceptum Christi: *Reddite Cæsari*, considerandum quoq; est ratione objecti, videlicet illorum hominum, ad quos pertinet isthæc observatio. Nomine totius Judaici populi mota fuit quæstio: *licetne censum dare Cæsari*: sed proposita est à discipulis Phariseorum subornatis: His Clericis simul, non minus, quam reliquo vulgo injunctum est, ut reddant Cæsari, quod de jure ipsi debetur,

*Etiam Clerici subiacere debent magistratui politico.*

CXIV.

Quando igitur Apostolus docet, Rom. 13. v. 1. omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit: nullus status, nullum genus hominum peculiare sibi exceptionem aut privilegium imaginari debet, propter quod cervicem subtrahere huic subjectioni velit, sive Laicus sive Clericus.

CXV.

Aur si faciat, cogitet, se resistere DEO Rom. 13. se præter exemplum Christi, Joh. 19. Matth. 17. & Apostolorum, Matth. 10. Act. 25, face-

facere: ubi v. II. Paulus professus est, *se OPORTERE* iudicari coram competente magistratu.

## CXVI.

Videlicet, quicunque est civis & pars Reipublicæ, is subditus esse debet legibus & Magistratui: Jam verò Clerici quoque seu Ministri Evangelii, sunt cives & pars Reipublicæ, in qua vivunt: Ergo merito subiecti sunt legibus & Magistratui, cum quoad obedientiam tum quoad poenam.

## CXVII.

Fugiamus ergo dogma Antichristianum, secundum quod non modo Pontifex Romanus, nulli Dynastæ seculari subesse, omnibus autem sublimiter præcipere conatur: Sed etiam Clerici in genere à potestate seculari immunes esse volunt: quem admodum Bellarminus, lib. 1. de Clericis c. 28. ex professo docet.

## CXVIII.

*Quatenus  
subiiciuntur  
Ministri  
Verbi.*

Interim cautio illa negligi non debet: quando Ministri verbi subiiciuntur potestati Magistratus: non tamen ipsorum officium seu sacrosanctum ministrorum, in prædicatione Evangelii & administratione sacramentorum consistens, subiicitur. Uti Ministri debent parere Magistratui, quoad politica & facultates externas, de quibus in iudiciis civilibus agitur: Ita vicissim Magistratus, Reges & Princeps, parere debent Ministerio, quoties ex præscripto verbi, quæ ad cultum Divinum, ad fidem & pietatem pertinent, loco Dei imperant, 2. Corinth. 5. Luc. 10. 2 Cor. 10.

## CXIX.

*2. p. deo reddere.*

Hactenus perstringere studuimus *Curia*, quæ referuntur ad priorem partem responsionis Christi: deinceps dispiciemus de posteriori, qua *Deo reddere, qua Dei sunt*, jubemur.

## CXX.

*An cura religionis & sacrorum ad magistratum quoque pertineat.*

Ubi statim in limine excludenda est sinistra opinio Papistarum, quæ statuunt, ad Magistratum politicum non pertinere curam Religionis & negotiorum Ecclesiasticorum, ea ipsa de causa, quia quæ Dei sunt, nec Cæsari, sed Deo reddenda sunt.

## CXXI.

Bellarm. lib. de Laicis c. 17. reprehendit Brentium, Phil. Melancthonem, & alios, docentes, quod ad Reges & Principes, ut ad præcipua Ecclesia membra, pertineat, iudicare controversias fidei, præsidere Conciliis generalibus, constituere ministros & pastores & similia.

## CXXII.

Pro explicatione nostræ sententiæ dicimus, curam Religionis Magistratui non adscribi, ut reliqui ordines excludantur, sed ut Principalibus membris Ecclesiæ, quæ simul cum aliis membris curam gerere debent eorum, quæ totum corpus Ecclesiæ concernunt: non etiam adscribitur ipsi administratio sacrorum (hoc enim ex officio tantum ministris verbi competit) sed cura & dispositio, in quibus tamen cum reliquis ordinibus consentire debent.

## CXXIII.

Idem de vocatione Ministrorum verbi intelligendum est, quam potestatem neque solus Magistratus, (quod tyrannicè ambitiosum foret) neque soli Episcopi, (ut Papistis placet) neque solus Populus (ut Anabaptistæ volunt) sed tres totius Ecclesiæ ordines communiter & conjunctis votis operisq; exercere debent.

*Quomodo  
vocatio ministro-  
rum  
ad Magistratū  
pertinet.*

## CXXIV.

Tota enim Ecclesia, non unicus aliquis ordo, est sponsa Christi & regale sacerdotium, Ephes. 5. 1. Pet. 2. Cui claves Ecclesiæ traditæ sunt, Matth. 18. v. 17. 18. Ecclesiæ ministros se Paulus & Apollolus professi sunt, 1. Corinth. 3. v. 21. Et Ecclesia primitiva sua æquo & cooperarios Evangelii ablegare consuevit, Act. 1. & 14.

## CXXV.

Quod igitur curam & dispositionem rerum Ecclesiasticarum attinet, quò non tantum tuto, etiam sincerè, juxta normam verbi patefacti, omnia peragantur; ea Magistratui ex officio & ex propria necessitate incumbit. Hac sese commendârunt laudatissimi Reges & Principes. Moyses, Josua, David, Salomon, Josaphat, Hezekias, Josias & alii in Novo Testamento, 2 idq; juxta expressum mandatum Dei, Psalm. 2. 29, 32, Esa. 49. Deut. 17. Josua 1.

## CXXVI.

Juxta nostram regulam: sicut Cæsari reddere debent omnes qui sub ipso; non Laici tantum & ministri verbi, sed etiam Reges & Principes, non minus secundum curam officiorum, quàm ut privatæ personæ secundum internam cordis pietatem.

## CXXVII.

Ad omnes, quibus salus propria curæ est, pertinet studium scrutandi scripturas, Joh. 5. v. 1. cavendi falsos Doctores, Mat. 23. 7.

1. Joh. 4. 1. Thes. 5. & judicandi omnia, 1. Cor. 2. v. 15. Cur ergo magisteratus, præ aliis autoritate, & prudentia pollens, à tali vigilantia abstinere debeat? CXXVIII.

*Plene & perfecte reddere Deo non possumus.*

Quando autem domini nostræ consideramus regulam Christi, reddite DEO, quæ DEI sunt, statim admonemur nostræ aduarias: purum enim cor & perfectam obedientiam, in cogitationibus, gestibus, dictis & factis omnibus illibatam sanctitatem, juxta omnia & singula præcepta DEO debemus: sed nihil minus quam debitam hanc & strictè in lege, sub comminatione æternæ maledictionis, requisitam perfectionem præstare possumus. *Quis enim est, qui non quotidie peccat?* 1. Reg. 8. v. 46. 1. Joh. 1.

CXXIX.

*Contra operam supererogationis, p. 67.*

Hac confessione nos segregamus à tumidis Pontificiis, qui non solum DEO, quæ DEI sunt, perfecte reddere: sed suâ superflua seu in debita solutione DEUM debitorem constituere audent, ad præmia singularia, præ aliis electis, sibi impertienda.

CXXX.

*Contra traditiones & propriam intentionem, p. 73.*

Deinde si DEO reddenda, quæ ipsius sunt: omnino & citæ spe in omnibus, quæ ad religionem & cultum Divinum pertinent, tantum juxta normam verbi scripti agere, nihil autem secundum propriam intentionem aut traditiones humanas attentate debemus.

CXXXI.

Pro suis enim DEUS non agnoscit, quæ nobis atque ipsius voluntate & mandato placent, Deut. 4. v. 2. & 12. v. 8. Matth. 15. v. 9. Coloss. 2. v. 18. Ezech. 20. v. 18. Matth. 28. v. ult. Exod. 32. Judic. 8. 1. Sam. 15. Joh. 16. v. 2.

CXXXII.

Gravissimo igitur reatu sese obstringunt omnes Doctores, qui purum ab impuro non segregant. Jerem. 15. v. 19. Omnes heretici, qui non tantum ipsi mendacia pro veritate obtrudunt, sed ut idem auditores integræ Ecclesiæ faciant, quantum in se est, adducere & leducere conantur; & simul eos qui DEO sincerum cultum litare studet, hostiliter persequuntur.

CXXXIII.

*in Epistola gl'ia de delectatione & Annot. Paul. Calv. Phod.*

Qua occasione, nisi nimis plixum foret, digredi possemus ad narrationem, quomodo nostra arate Pontificii, Calviniani & Photinia-

tinia-

Viniani Doctores, ferè infinitis modis gloriam Deo detrahant, simulque oves sanguine Christi redemptas, pastori subtractas lupò infernali objiciant.

CXXXIV.

Nominatim quotquot Papam Romanum pro capite & sponso Ecclesiæ; pro vicario Christi; pro Domino super omnes Dynastas mundi; pro supremo iudice veritatis in his terris; pro dictatore dogmatum fidei, &c. agnoscunt & colunt: Illi Christo salvatori suo vero sponso Ecclesiæ, summo Principi veritatis & ordinario iudici, non reddunt, quod ipsius est: de qua læsione majestatis aliquando rationem reddere cogentur.

Contra primatum Pa-  
pa.

CXXXV.

Peccant contra regulam Magistri, qui propriis & sanctorum meritis, etiam interveniente pecunia redemptis, placare Deum, ejusque gratiam & gloriam æternam promereri volunt: Hunc enim honorem soli Christo debemus, qui propitiatio est pro totius mundi peccatis, 1. Joh. 2. v. 12. Hunc honorem, videlicet obedientiam fidei (ut stylo Apostolica vocatur) à nobis omnibus scriptura reposcit.

Contra pro-  
pria merita

CXXXVI.

Vnde simul apparet, quam validè regula constringat eos, qui nondum ab invocatione sanctorum defunctorum, nec à cultu religioso imaginum abstinere volunt. Deo solius est talis cultus, deut. 6. Psal. 50. Matth. 4. Deo itaque soli, & nulli alteri reddendus est, Ela. 42. v. 8.

Contra in-  
vocationem  
Sanctorum.

CXXXVII.

Sed adhuc de tribus in specie Magistratus politicus ex hac regula admonendus est. quæ itidem non apud omnes in confessio sunt. Quia Christus solus est Dominus conscientiarum, ne sibi Dominium in conscientias hominum arrogant.

Magistrat. no debet  
Magistratus  
non debet  
dominari  
conscientiis.  
vid. Anselm. Psal.  
p. 224  
Eius. Chr. religio

CXXXVIII.

Resistendum statim Concilio Toletanum IV. an. 639. can. 56. Nemini ad credendum vis est inferenda; & laudatur adhuc vox Sigismundi Bathorai, Poloniae Regis: *Tria sibi reformavit Deus: 1. Ex nihilo aliquid facere, 2. futura prædicere, 3. Conscientiam dominari;*

CXXXIX.

Nempe solus Deus est Legislator noster, Ela. 33. v. 22. Ja-

cor. 4. v. 12. Potestatem in corpus & vitam habet Magistratus, Joh. 19. v. 10. 11. non verò in animam, Matth. 10. v. 28.

## CXL.

Apostoli non ausi sunt dominari conscientiis, 1. P. 5. v. 3. 1. Cor. 7. v. 35. 2. Cor. 1. v. 24. Act. 15. v. 10. & præterea expressè docuerunt, ad libertatem Christianam pertinere, ne iugo humanæ servitutis conscientia alligentur, Gal. 5. v. 1. 1. Cor. 7. v. 23. Ergò multò minus magistratus politicus ejusmodi dominium sibi arroget.

## CXLI.

Omnium verò minime iniquis mandatis, cum verbo DEI & bona conscientia pugnantibus, subditorum conscientias constringere debet. Hic enim subditi non tenentur ad obedientiam, 1. Sam. 22. Act. 5. Et injustam vim magnus iudex in cælis gravissimè ulciscetur, Sap. 6. Plal. 82. Jacoc. 2. 13.

## CXLII.

Magistratus potest cedere libertate aliena Religionis, Dec. 1774.

Persecutores & tyranni suam judicium habent: Christiani Magistratus, quando per legitime constitutum ministerium cõscientias subditorum ad lux, sanæ inquam, religionis susceptionem reducere non possunt: potius honestis conditionibus, non tantum tranquillâ habitationem, sed etiam libertatem, & liberum exercitium religionis, indulgere potest, quàm ut in vitam eorum grassetur, aut gravioribus malis Rempublicam & patriæ tranquillitatem obruat.

## CXLIII.

Religio non est per gladium civilem propaganda.

Arma militiæ nostræ carnalia non sunt, sed potentia DEO, 2. Cor. 10. v. 4. nempe per unicum sceptrum Regni, Plal. 45. per Evangelium, quod est potentia ad salutem, Rom. 1. v. 16. penetrans usq; ad divisionem animæ & Spiritus, Heb. 4. v. 12. & Spiritum oris Christi, 2. Thel. 2. v. 8. Ideòq; neq; Magistratus adversus subditos per tyrannidem; neque subditi adversus Magistratum per seditionem, Religionem orthodoxam gladio propagare debent.

## CXLIV.

Instantia Rom. 13.

Objici posse videtur regula Rom. 13. v. 5. necessitate subditi esse non solum propter iram, sed etiam propter CONSCIENTIAM; ubi Paulus docet, inobedientiã, erga Magistratum & leges ipsius, violati conscientiam Christianorum: & Matth. 18. v. 17. pro ethnico habendus est, qui Ecclesiam & iudicium ecclesiasticum (cujus potentior pars est Magistratus) non audit.

Resp.

Resp. Concedimus *κατά τιν*, per inobedientiam erga dominum & leges Magistratus <sup>1</sup> lædi conscientiam, <sup>2</sup> offendi DEUM, quæ offensio ipsissimus reatus conscientiaë est, <sup>3</sup> damnationem attrahi, tanquam effectum & pœnam malæ conscientiaë, Rom. 13. v. 5. 4. & 2. Verùm hoc fit, non directè nec immediatè, nec in specie propter leges magistratus politicas, quâ tales (sic etiam Ecclesiasticas, quâ tales;) sed *indirectè*, consequenter & generaliter.

## CXLVI.

Nimirum quatenus <sup>1</sup> Magistratus est ordinatio DEI, <sup>2</sup> & Magistratus est minister DEI, cuius, tanquam legati, contumelia ad ipsam Dominum redandar, quemadmodum Petrus ait: subjecti estote omni creaturæ humanæ (sic autem vocat Magistratum) propter Dominum, quia sic est voluntas DEI, 1. Pet. 2. v. 13. 15. <sup>3</sup> quia omnes bonæ leges politice conformes & subordinatæ sunt legi divinæ, quo respectu Magistratus vocatur custos utriusq; tabulæ.

Quatenus la-  
ges civiles  
obligent con-  
scientiam,  
ment. etiam cath.  
1. cor. 1. 80.  
Ment. cath. 1. 80.  
p. 17.

## CXLVII.

Quatenus ergo vox legis divinæ per leges politicas loquitur, eatenus hæ obligant conscientiam coram DEO, iram DEI & damnationem intonant: non autem *per se*, sed propter verbum DEI, quo suffultæ sunt. De hac autem indirecta & generali, vel obligatione conscientiaë, vel damnatione in conscientias, non erat nobis quaestio.

## CXLIX.

De *directa* autem, immediata & speciali obligatione repetimus assertionem, quod Magistratus politico, quâ tali, & politicis constitutionibus, quâ talibus, nempe quatenus à magistratu ex consideratione Reipublicæ & subditorum, factæ sunt, potestas & obligatio in conscientias non competit. Ex. gr. per politicum jus, fur est suspendendus, latro rotâ contutendus, &c. non loquitur vox DEI *directè* & specialiter, sicut per præceptum: debes obedire Magistratui: Non igitur specialiter & per se constringit conscientiam coram DEO sed quatenus profectum est à tali potestate, quæ in genere divina autoritate & ordinatione munita est.

## CXLIX.

Alterâ specialis admonitio non minus necessaria est. Postquam enim contra Pontificios, Christianis Principibus curam & dispositionem rerum Ecclesiasticarum legitimo modo asseruimus,

Magistratus  
ne domine-  
tur ministre-  
rio nec impo-  
diat illud,

asseruitus, cautione ipsis opus est, ne in præjudicium Ministerii; in damnum veritatis; ad impedimentum liberæ confessionis; ad inhibendam potestatem clavium; vel consimili alio modo, jure suo abutantur.

## CL.

Facerent autem hoc per politico papatum, si 1 modum concionandi in specie præscriberent, 2 si elencticas conciones, 3 necessaria scripta polemica adversus grassantes errores, 4 vel denominationem fallarum Ecclesiarum ab Hæresiarchis, quos sequuntur, inhiberent, 7 vel deniq; typographias præcluderent Theologicis scriptis, ad vindicandam gloriam Dei & propagandam veritatem, ut & ad præmonitionem singulorum comparatis; nisi prius ad politicorum censuram undiquaq; sapiant.

## CLII.

Habent enim hac in parte fideles ministri verbi mandatum DEI, Jer. 15. v. 19. 20. Esa. 58. v. 1. Matth. 28. v. 19. 2. Tim. 4. v. 2. 3. 4. Tit. 1. v. 9. & 13. unâ cum exemplis Christi, Prophetarum & Apostolorum, quibus quando postponunt favorem hominum, Gal. 1. v. 10. Act. 5. v. 29. neque in gratiam Cæsaris, (non ut minister, sed ut hostis Dei præcipientis) omittunt, quod Deo reddi debet, Matth. 22. nec consentiunt in edicta injusta aliorum, Rom. 1. v. 32. nihil peccant contra Magistratum, Dan. 6. v. 22. & quod hic perdunt, in cælo lucrantur, Matth. 5. & 10.

## CLIII.

Rationem suæ doctrinæ reddere tenentur concionatores coram Magistratu, Matth. 10. v. 18. 19. 20. exemplo Apostolorum, Act. 5. 13. 23. 24. 25. 26. Phil. 1. v. 7. 2. Tim. 4. v. 16. imò cuius rationem requirenti, 1. Per. 3. v. 15. non autem subijcere eam politica censura.

## CLIII.

Sicut enim administratio Reipublicæ politica, & administratio Sacrosancti Ministerii Ecclesiastica, divina ordinatione, *indigenis* non subordinatè, distinctæ sunt; & ministro verbi prohibitum est, extraneis negotiis sese implicare, 2. Tim. 4. v. 4. ita etiam solius ministerii est, docere, explicare, propugnare & asserere sinceritatem veritatis, ex officio, cui sese politici immiscere non debent, territi exemplo Osiæ, 1. Par. 26. v. 17. 19.

Itane

## CLIV.

Itane politicus rigor sibi potestatem sumet in conciones & scripta, à Theologis singulari zelo ex verbo DEI concinnata, & orthodoxæ Ecclesiæ ac sincerorum Theologorum censuram nullibi retigentia: quam nunquam in sartoriam aut suturiam sibi arrogavit? Imò ridicula ferè foret censura politicorum, qui vestem vel calcem, opificum collegiali censura approbatum, denuò censura sua reprehendere velint.

## CLV.

Tertiò & ultimò: Quamvis illa, quæ propriè, immediatè, & per se reddenda sunt DEO, non corporalia aut terrena, sed spiritalia sunt, ex interna devotione cordis profecta: tamen *quatenus temporalia bona gloria DEI & cultui divino subservire possunt*, illa quoque omnes ordines Ecclesiæ, præsertim Magistratus & opulentiores, tanquam fideles & economi facultatum, divinitus suæ dispensationi commissarum, Luc. 16. 1. Pet. 4. reddere DEO, & subdelegatis ejus, nempe ministris verbi, templis, scholis, pauperibus, &c. liberaliter debent.

## CLVI.

Quicumque autem sua culpa, ex sordida renacitate, vel non dando, vel aliorum promittendum impediendo, vel quocunque alio modo, committit, ut *evangelia* religionis & pietatis periclitetur: ille hac ipsa ratione non reddit DEO, quod ipsius est, & judicium suum portabit, quando libri, Dan. 7. v. 10. & in illis, hæc regula aperietur.

## CLVII.

Officium, de quo loquimur, aded necessarium est, ut si maxime universa Ecclesia Evangelica jam careret omnibus subsidiis, à piis Majoribus ad hunc usum legatis: ex jure divino, & propter conscientiam ad contributionem, pro sustentatione ministerii & sacrorum sufficienti, Christiani, pro diversitate graduum, obligati semper manerent.

## CLIX.

Videlicet, quod tempore Patriarcharum, ante constitutiones Moïticas, partim prærogativa primogenituræ, partim spontanea oblatio decimarum, Gen. 14. v. 20. & oblationum, Gen. 28. v. 22. Pro Moïtica autem synagoga, divinitus ordinati reditus sacrificiorum, deci-

*Quomodo et  
sunt terrena  
à bona Deo  
reddenda,*

*Ecclesia ex  
debito tenetur  
sustentari  
re ministerium.*

*Vnde, & quo  
modo, olim  
ab initio munda  
dis sustentatum  
sit ministerium,*

decimarum, &c. fecerunt ad sustentationem, tum Sacerdotum & Leviticorum, tum tabernaculi & templi, 2. Reg. 12. Illud in Novo Testamento spontanea liberalitas supplere debet, Matth. 2. v. 11. 10. v. 9. 10. Luc. 8. v. 3. Actor. 6. v. 1. 1. Corinth, 9. v. 10. 11. 12. 14. 1. Cor. 16. v. 2. 2. Cor. 9. v. 7. Galat. 2. v. 10.

## CLIX.

Postquam autem Majores nostri fundos, decimas, & alia bona in peculium Ecclesie legaverunt: maxima parte debita contributionis nos sublevarunt, dummodo legitima administratio bonorum Ecclesiasticorum (ut vocant) adhibeatur.

## CLX.

Bonorum  
Ecclesiasti-  
corum legi-  
tima admi-  
nistratio.

Voco autem legitimam administrationem non tantum si immobilia bona ad usum fructum recte elocentur, redditus & census fideliter colligantur & conferantur: sed etiam, si ad justum usum, nempe ad Ecclesie Christi emolumentum unice conferantur.

## CLXI.

Hanc administrationem omnino flagitat regula nostra: *red-  
dite DEO, quae sunt DEI*: DEO enim famulantur, quae Ecclesie ipsius famulantur: & DEO peculiariter dicata censentur.

## CLXII.

Jam vero in confesso est apud omnes maximos minimos, & praeterea omnia diplomata, omnesque formulae legationis, ipsaque, recepta Imperatorum, quibus iusta possessio bonorum Ecclesiasticorum nititur, restantur, ea esse consecrata DEO & Ecclesie ejus in terris, quae, ut pia Mater familias, cultum Divinum & veram religionem inde fovere, adjuvare, propagare & cohonestare, pastores fideles alere, & pauperum necessitati prospicere debet.

## CLXIII.

Nam ad triplicem hunc usum spectare collectas Ecclesie, videlicet, 1. ad fovendum cultum ipsum, 2. ad sustentandos ministros, 3. & ad alimoniam pauperum: ex historia Apostolicae Ecclesie facile apparet, Actor. 4. & 6. 1. Thess. 2. v. 9. 1. Cor. 16. v. 4.

## CLXIV.

Diluantur  
quadam in-  
stantia,

Thesaurum Ecclesie, si recte administraretur & collocetur, per se non vitiat, quod olim aliqui, vel ex rapinis bellicis, vel ex superstitione

ritione & idolatricò errore, pro vigiliis & aliis officiis satisfactoriis redimendis, Ecclesiam donarunt: aut etiam Monachi vel blandimentis fallacibus iniquè extorserunt, vel abusu scortationū & heluacionum Diu fadarunt. .CLXV

1 A particulari ad universale malè proceditur. 2 Abusus pristinus per præsentem pium usum tollitur. 3 Et dum injuriæ & iniuriâ affectu ignorantur, nō per novam rapinam ad privatum usum, aut per novum abusum vel posterorum vel potentum, sed per fidelem usum, ad gloriam Dei & communem utilitatem (qua omnes simul fruuntur) quasi expiatur: & Charitas Christiana non prohibet, sed jubet potius, collatoribus pœnitentiam Zachari tribuere, Luc. 19. v. 8. Phil. 1. v. 7.

## CLXVI.

Quandoquidem igitur Magistratus est nutricius Ecclesiæ, Esa. 49. v. 23. & supremus patronus pauperum: danda ipsi est opera ut, peculium Ecclesiæ integrum asseratur, fideliter dispensetur, ad sustentationem Ecclesiasticam, scholarum & *ἰσχυροφείων*, vel etiam, si opus sit, ad constructionem novorum templorum, & similium necessariorum, liberaliter impendatur; nō solū ipse ad alienos usus nihil averrat, sed etiam omnibus aliis harpiis circumspicere obviam eat, tanquam Deo aliquando rationem villicationis istius redditurus.

## CLXVII.

Hoc tantò libentiùs facient, qui expendunt, hac dispensationis & Advocatiæ fidelitate se illud compendium lucrari, ne de suo æratio cogantur Ecclesiæ prospicere, aut nova legata constituere: ad qualem munificentiam omnino obligati essent, memores illius: nudus & egenus tui, &c. Matth. 25.

## CLXVIII.


Secus qui facit, vel facere pergit, sibi rapit, quod Deo reddere debet, & simul Domesticis fidei gemitus excitat, adversariis autem os opplet illa accusatione Evangeliorum, quòd vix aliquos *ἰσχυροφείων* predicantes alere, vix sub *ἰσχυροφείων* adiun. sacris vacare queant.

## CLXIX.

Hæc omnia, quæ hæcenus de officio tum Magistratus, tum  
 li  
 subdi-

*Contra Phe  
simiamos.*

subditorum, pro tuenda veritate, proposita sunt, etiam ex antiquis  
simis tabulis. Moysi & Prophetatum de promi possunt: unde  
miranda est perfecta frons Photinianorum, qui illa, quæ in Novo  
Testamento de officio Magistratus ac subditorum, dominorum &  
servorum, mariti & uxoris extant, pro novo, & Novi Testamenti  
proprio additamento quarti præcepti venditant.



DECAD. VI. DISPUT. IX.

DOMINICA XXIV. POST TRIN.

Matth. 9. v. 18. 26.

I.



istoriam hujus Evangelii tres Evangelistæ, Matth. 9.  
Marc. 5. Luc. 8. exorti sunt à particula Ecce, quasi cõ-  
siderationem hujus singulariter commendare vellent:  
Nos hujusmodi submonitionem non tantum ad ob-  
servationem consolationum & exhortationum, sed etiam ad cauti-  
onem adversus Pseudodoctorum deceptiones accommodamus.

II.

Postquam autem spem nostram, de futura n̄iversalī resurre-  
ctione mortuorum (quæ circa hujusmodi miraculosa exempla sem-  
per, non solum in memoriam redire, sed etiam quasi reviviscere  
& magis magisque solidescere debet) superius in disputatione prima  
hujus decadis, explicatam dedimus: nolimus hîc circa resuscita-  
tionem puellæ deudò repetere, quæ ibi circa resuscitationem juve-  
nis dicta sunt.

III.

*Cur Chri-  
stus etiam  
puellam re-  
suscitasset.*

Placuit autem Deo, qui mirabilia facit solus, Psal. 72. v. 18. 136.  
v. 4. resuscitationis specimina seu præludia edere, non tantum in  
maleculis, sed etiam in femellis, tum per filium unigenitum, Matth.  
9. tum per Apostolum Petrum, Act. 9. v. 40. in hanc animalem vi-  
tam revocatis (enjusmodi exemplum in V. Test. historia non legi-  
mus) sine dubio. Inter cætera ad hunc finem, ut sexus muliebris,  
quando



dum Marcum, ex ædibus Jairi, per ablegatos domesticos renunciatum est: *Filia tua mortua est, quid amplius vexas Magistrum? Marc. 5. v. 35.*

## X.

*Cui Christi-  
sus dixerit:  
non est mor-  
tua puella,*

Aliis autem ex causis & stylo Spiritus Sancti, in fidelium (cho-  
ra) profus peculiari, supraq; captum rationis posito, verè mortuam  
Dominus non mortuam & dormientem vocavit. 1 ut observaret  
Phrasin Scripturæ, 1. Reg. 2. v. 10. Dan. 12. v. 2. Johan. 11. v. 11.  
1. Theff. 4. v. 15. in quibus & aliis locis mortui *dormientes* appellan-  
tur. 2 quia mors somno similis est, & quid est somnus, gelida nisi  
mortis imago? naturalis somnus à diurnis; mors à perperuis labo-  
ribus quietem affert. 3 Deo etiã, & principi vitæ Jesu Christo  
mortui vivunt, Matth. 22. sunt in quiete, Sap. 3. Apoc. 14. longè  
dulcius, quàm dormientes. 4 Christus etiã passione, morte, se-  
pulturâ, & resurrectione suâ propediem futurâ mortem fidelium in  
suavissimum somnum erat commutaturus. 5 Præcipuè autè nunc,  
ex peculiari instituto, hæc puella Christo non erat mortua, ut qui  
statim, velut è somno, eam ex morte in vitam esset revocaturus:  
tangendo & vocando eam, quemadmodum nos dormientes ex  
profundo somno expergefacerere solemus.

## XI.

Malitiosa ergò est interpretatio verberum: *mortua est filia*  
*tua, ne vexes Dominum*, quæ semetipsam confundit, quando tur-  
ta contendit, *mentem servorum Jairi non fuisse eam, quod re vera mor-*  
*tua fuerit puella, sed idcirco hoc sermone esse usos, quia se vererint puellis se-*  
*mel mortuis, frustra Christi auxilium implorari, cùm res in novissimo die*  
*sint resurrectura.*

## XII.

Sitita, quòd novissimi diei resurrectio promissa ad femi-  
nas non pertineat, & quòd Magister propter illas verè mortuas  
vexandus non sit: quando famuli ex tali (licet falsissimâ) imagi-  
natione Dominum suum à sollicitudine rogandi auxilium ve-  
mini: avocari conati sunt: nonne eo ipso irrefragabile testi-  
monium perhibuerunt veritati, quòd filia kerilis verè mor-  
tua sit, ipsique eam pro desperatâ, hoc est, verè mortua habu-  
erint.

Sed

## XIII.

Sed pergit illo fanaticus: *Ideo Christus praecepit omnibus, ne dicerent, quod factum erat, ne forte mulieres hinc exemplum capientes, resurrectionem etiam ad se pertinere existimarent: contra de adolescente in Nasam exiit rumor, Luc. 7. 17.*

## XIV.

Nisi semel placuisset diabolicum quasi ludum, in ignominiam sexus muliebris ludere, sanus homo in hujusmodi ineptias non prolaberetur: Quid enim opus fuisset metu, ne exemplum hoc in communem spem resurrectionis etiam à feminis raperetur, si vera resurrectio non esset facta; si constitisset, puellam verè mortuam non fuisse? mendacem oportet esse memorem.

## XV.

Prohibitionem quod attinet (quae tamen non in nostro Evangelio secundum Matthaeum, sed apud Marcum, 5. v. ult. & Lucam cap. 8. vers. ult. legitur) suas peculiares & sanctas causas habuit Dominus, cur etiam alia nonnulla miracula, non in feminis sed in masculis edita, ad certum tempus, & à certis personis publicè decantari noluit, Matth. 8. v. 4. 9. v. 31.

## XVI.

Potiores in discipulorum gratiam libet adscribere: 1. Evitare voluit suspicionem ambitionis, à qua alienissimus fuit, Phil. 2. & suos fideles ab eadem longè remove re tum verbo, tum exemplo studuit, Matth. 11. 2. declinanda fuit suspicio seditionis, propter Judaeos, qui ipsi per calumniam tribuebant, quod concitaret populū. 3. non omnes fuerunt digni noticia miraculorum suorum, Matth. 7. v. 6. qua de causa hoc tempore irrisores tibicines inter spectatores noluit admittere, & Marc. 7. lurdum mutum à reliqua turba seorsum adduxit, 4. multi sinistra imaginationem regni sui, quasi carnale & mundanum futuram esset, inde concipiebant, Joh. 6. v. 15. 5. Cavebat nonnunquam, ne sibi necessaria quies per concursum hominum praeccluderetur, Matth. 8. v. 18. 24. 6. Imperavit etiam silentium, ut tutius lateret, contra insidiatōres & proditores suos, non quod mortem sibi ob salutem generis humani decretam refugeret, sed quia praedestinatam horam expectare voluit, Marc. 1. v. ult. 7. sicut dilatione exauditionis & auxilli Chanaanam exersuit: ita clam habendo miracula, multorum fidem voluit exerce-

Cur Christi interdictio prohibuerit miracula sua annunciat.

re, ne à miraculis potius, quam à verbo contra blasphemias Judaeorum penderent. <sup>8</sup> Ne dicam, quòd solemnis promulgatio tum cõtionum Christi, tum miraculorum pro electis et sibus, videlicet Apostolis in univèrsam mundum ablegatis, reservanda fuit.

## XVII.

Sycophantæ autem dicimus, nos non teneri ad rationes vel scrutandas vel reddendas omnium factorum & dictorum Christi, sed potius ad humilem & simplicem reverentiam atq; admirationem quod de resurrectione filii videtur Luc. 7. legitur, tumorem longe lateq; divulgatum esse: idem etiam Matthæus de hujus puella resurrectione annotavit, v. 26. *Ex hac fama in totam illam terram. Ubi latet causa, ibi quidvis potius cognare licet, quam interpretationem contra expressam articulum fidei dirigere.*

## XVIII.

*Duabus feminis simul  
Christus gratiam suam  
probat.*

Interim solatio & timore honoris est sexui imbecilliori, quòd Dominus hac una vice semel & simul gratiam suam duabus feminis declaravit: utriq; singulariter è propensione & affectu. Præsens manus & vocem in resuscitando adolescentula adhibuit, qui tamè Regulo ejusdem civitatis, sollicitè roganti presentiam suam non annuit: *Hæmorrhoutæ autem fidem, cum illa latere vellet, in publicum protraxit, & insigni elogio ornavit.*

## XIX.

*1. Pet. 3. v. 7.  
3. explicatione*

Unicus locus i. Pet. 3. v. 7. totum delirium confundere potest: *Viri cohabitare secundum scientiam, quasi in firmiori vasculo multibus impertientes honorem tanquam COHÆREDIBUS gratia vite.* Unde argumentatur: Omnes, qui sunt hæredes gratia vite æternæ, illis oportet resuscitari ex morte in universali resurrectione: Atqui uxores fideles sunt hæredes gratia vite, utpote cohæredes cum fidelibus viris, Ergò etiam illæ aliquando resuscitandæ sunt.

## XX.

Locus hic non tantum observandus, sed etiã ab iniqua elusione vindicandus est. Cui enim placeret, contra simplicem veritatem, nodum in scirpo quærere, ille forsitan exciperet contra Latini Interpretis versionem, quoad formales dictiones à fontibus græcis discrepantem. Negati enim non potest, vocem *συζυγοὶν* cohæredes

redes à Petro viris, non uxoriibus tribui; quemadmodum Pagninus reddidit: *Vasi infirmioribus tribuentes honorem, utpote cum unâ etiam hæredes sui gratia vitæ,*

## XXI.

Sciendum autem, sensum eodem redire, per consequentiam manifestam: Si viri sunt cohæredes gratiæ vitæ cum uxoriibus, utiq; ipse quoq; uxores sunt hæredes. & respectu virorum, secundum indolem correlatoriam, cohæredes: Verum autem prius, Ergo etiam postterius,

## XXII.

Minoris certitudo elucescit, ex simili locutione, ad Ephes. 2. v. 5. Col. 2. v. 13. *convivificati* dicuntur cum Christo; non certè tali sensu, quo tantùm fideles invicem vivificati putentur, ipse autem Christus à vivificatis excludatur, qui *primogenitus à mortuis factus* est, ut cum ipso reliqui omnes vivificentur. 1. Cor. 15. v. 20. Apoc. 1. v. 5. 2 Ex ipso contextu apud Petrum: Sicut viri sunt *συνοικούντες*, ita etiam sunt *συνκληρονομοί*: sed sunt cohabitantes, non inter sese, sed cum uxoriibus, matrimoniali fœdere associatis: Ergo etiam sunt cohæredes vitæ, non inter sese, sed cum uxoriibus, scilicet in fide Jesu Christi perseverantibus,

## XXIII.

In Christo Salvatore totius mundi non est mas aut femina; Gal. 3. v. 28. Ergo neq; in eodem Resuscitato: & per consequens, Resurrectio futura omnes feminas pariter cum masculis completetur.

## XXIV.

Hæc circa mentionem mysterii de Resurrectione mortuorum statim adiecere placuit: cum aliàs contradicentis præfensionibus cum manifesta depravatione textus Evangelici conjunctæ sint: ideoq; ad æbuluum explicationes referari potuerint.

## XXV.

Princeps synagoga Judaicæ in Capernaum Jairus, non tantùm rogavit Christum pro filia, sed etiam rogavit ADORANS; Hæc mortuosa etiam, ex furtivo quasi latibulo jam in lucem protracta adoravit Dominum cum timore & tremore. Marc. 5. v. 33. Adoraverunt nempe hominem, quem aspiciebant.

## XXVI.

Adoraverunt autem Christum non sicut hominem vulgare, externâ genuflexionis humilitate, sed in curvatione cordis, Phil. 2. tali cultu

*Christus etiam quâ homo adoratus.*  
dus.  
p. 114.

cultra & fiducia, qualis in solum omnipotentem Jehovam dirigenda est; quali liberationem ex morte, Solutus Jehovæ propriam, & miraculosam sanationem per contactum simbriae, sperare auli sunt.

## XXVII.

Horum devotionem rectè imitamur, quando una eadèmq; precum nostrarum supplicatione, quæ Patri & unigenito ejus filio æterno debetur, simul in unitate personæ ipsum Mariæ filium, seu filium DEI, etiam hominem, seu secundū humanam naturam, venerationem & adoramus, in omnibus animæ & corporis necessitatibus.

## XXVIII.

Quæ adoratio æternum, in futura vitæ beatitudine, continuanda est, illam fideles in hac vita in choare debent: Sed in futura vita Christus, quæ homo, ab omnibus electis adorandus est, juxta Apoc. 5. v. 13. 7. v. 11. 12. ubi adorationis cultus expressè refertur ad agnum, qui occisus est: Ergò etiam hîc talis adoratio inchoari & observari, & per consequens à nostræ adorationis devotione homo Christus non secludi debet.

## XXIX.

Fides & adoratio indivulsè & adæquatè cohærent: Quò fertur fides, eodè fertur etiam religiosa adoratio, juxta sententiam Pauli, Rom. 10. v. 13. *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* sed fides nostra in Christum, non tantum, quæ DEUM à Patre in æternitate genitum, sed quæ à Mariæ virgine natum, passum, crucifixum, mortuum, resuscitatum, & ad dexteram Patris exaltatum, fertur: Ergò etiam eò dirigenda est religiosa adoratio, ex vera fide profecta.

## XXX.

Minor ex solo symbolo Apostolico: *Credo in Jesum Christum, passum sub Pontio Pilato, &c.* satis perspicua est: ad cujus confirmationem evidentiozem pertinent, dicta Joh. 3. v. 14. Rom. 3. v. 25. ubi credere jubemur in eum, qui juxta typum serpentis exaltatus est; & justificati dicimur, per fidem in sanguinem ejus, quem DEUS propitiatorum proposuit.

## XXXI.

Uno verbo, quod etiā simplicissimi capere possunt & debent: Christus est à nobis invocandus adorandusq; , ut Mediator & intercessor

efflor noster coram Deo: Est autem Mediator non tantum secundum alterutrum, sed secundum utramque naturam & quidem secundum humanam tam evidenter, ut Stancarum & Jesuitæ eum tantum secundum hanc naturam Mediatorem agnoscant: Ergo secundum utramque naturam, una indivisa latria, adorandus & invocandus est, & in nomine Christi, etiam quâ hominis, preces nostræ exaudiendæ erunt.

XXXII.

Addimus ex præsentis exemplo: secundum quam naturam Christus auxilium prorsus divinum præstitit, secundum eam par est, ipsum divino cultu, qualis adorationis est, in implorando auxilio honorari: sed auxilium miraculosæ sanationis mulieri profluvio sanguinis laboranti; & restorationem vitæ mortuæ puellæ præstitit, non solum, quâ Deus, sed etiam, quâ homo. Ergo etiam, quâ homo, in exorando hujusmodi vel simili auxilio, cultu adorationis honorandus est, id quod, exemplo Jairi & hæmorrhoidæ, ut antea indicatum.

XXXIII.

Assumptio probatur: Quia Evangelistæ *ὁμοθυμαδὸν* referunt, quod Christus, mediante *contactu*, seu quatenus manu fidelis mulierculæ contrectatus, sanaverit: ad cujus modi explicationem, referente Marco & Lucæ, Dominus in hæc verba publicè eruperit: *TERTIGIT me aliquis: nam ego cognovi virtutem à me exisse*, Luc. 8. v. 46.

XXXIV.

Negari non potest, Dominum ad tactum corporis sui respexisse: ipsamque cognitionem virtuosæ, ut ita loquar, emanationis, non tam de arcana omniscientia, quam de sensu corporis sui intellexisse: tum propter alias circumstantias historiarum (à tergo accedentis & prestantis mulieris, &c.) tum propter verba discipulorum, qui non aliter interpretati sunt: *Domine, vide turbam te comprimentem, & dicit, quis me tetigit* Marc. 5. v. 31. Luc. 8. v. 45. Quemadmodum etiam extensâ suâ manu, quâ cadaver adolescentulæ præhendit, defunctam è faucibus mortis potenter retraxit.

XXXV.

Non autem finitam & humanam, sed infinitam & omnipotentem fuisse virtutem, quam à se suaque carne exisse Christus attestatus est, evincit effectus miraculosus, qui longè præstantior est omni virtute creata: solus enim Deus miracula facit, Psalm. 72.

&amp; 136.

Kk,

illi

*Christum etiam quâ homino, seu per humanam naturam, miracula hac operatus est.* P. Ag. Tr. p. 119.

## XXXVI.

Illam miraculorum editrix virtus, divinæ naturæ τὸ λόγῳ essentialiter propria, in assumpta verò natura humana omni plenitudine inhabitans, se se per carnem efficaciter exruit.

## XXXVII.

Id quod B. Cyrillus lib. 4. in Levit. his verbis agnoscit: *Quia intellexit mulier, que esset caro sancti sanctorum, idcirco accessit & ipsa. Ipsa quidem carnem sanctam attingere non audeat, nondum enim mundata erat: neque, que perfecta sunt, apprehenderat: sed simbriam tenuit vestimenti, qua sancta caro tegebatur, & fidelitatu VIRTUTEM ELICUIT EX CARNE, quâ se ab immunditia sanctificaret.*

## XXXVIII.

Merito igitur agnitione nostra ab his specialibus exemplis assumimus ad generalem thesin, Act. 10 v. 34. *Hunc Jesum Nazarenum UNXIT DEUS Spiritu Sancto & VIRTUTE, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cum illo.*

## CXXXIX.

Ut videlicet sciamus, divinam fuisse hanc virtutem, quæ hæmorrhousa sanata, & filia Jairi resuscitata est: esse virtutem, qua Christus unctus est: hoc est, ut divinæ potentæ realem communicationem cum assumpta humana natura Christi, istiusque potentæ realem exertionem per humanam naturam, seu organum maximè ἐν ἑγῶν & personaliter conjunctum, contra abnegatores Calvinianos, constanter profiteamur.

## XL.

Non enim secundum divinam naturam unctus est hæc virtute Christus, cum unctio in tempore facta sit, & omnipotens virtus divinæ naturæ ab æterno essentialis fuerit: sed secundum humanam naturam, quam in plenitudine temporis demum in unitatem personæ λόγῳ assumpsit: secundum quam etiam in Chana INITIUM signorum, ad manifestationem suæ gloriæ fecit, Joh. 2. vers. 11.

## XLI.

Et cur ambigimus, hominem Christum hanc puellam excitasse à somno mortis: cum universalis omnium hominum resuscitatio, ut opus Adamo secundo propriam prædicetur, 1. Cor. 15. v. 21.

V. 21. 22. *per hominem mors*, PER HOMINEM etiam resurrectio  
 mortuorum?

XLII.

Quod igitur <sup>hōnic</sup> apud Evangelistas de exitu virtutis enarrat, illud non de aliquo locali, materiali & successivo effluxu, multò minùs de imminutione virium, sicut odor egrediendo paulatim expirat, accipiendum est: (virtus enim æterna & ἀθάλας immutabilis est) sed hoc sensu, quòd potentia vivifica, actu primo in Christo *θεοῦ ζωῆς* manens, per actum secundum miraculose operata sit.

XLIII.

Sic exiit virtus à Deo ipso, quando totius mundi systema ex nihilo creavit, hoc est, exeruit & declaravit se.

XLIV.

Quò respexisse videtur Ambrosius: *Non intra humanitatis claustra contracta fuit divina potentia, sed expandebatur ERGA CRE-  
 dentes: Si respiciamus magnitudinem gloria Christi, simbriam tantum contingimus; si autem tangitur Christus; beatus, qui vel aliquam partem magnitudinis ejus contigerit.*

XLV.

Regetunt autem Adversarii, totam hanc structuram nostram subruì manifesta instantia ex ipso textu: Si illi realis communicatio divinæ majestatis & virtutis competit, per quod organicè divinæ operationes fiunt: sequitur non tantum inter λόγον & assumptam carnem, sed etiam inter Christum & simbriam vestimenti, realem esse communionem majestatis: Posterior autem absurdum est, Ergò etiam prius, ex quo sequitur,

Instantia ex  
textu.

XLVI.

Connexionis ratio datur: Quia Mulier, non carnem Christi vel attigit, vel attingere voluit, sed tantum simbriam vestimenti: dicebat enim apud se: *si modo tetigero vestimentum ejus, sanabor.*

XLVII.

Resp. Athanasii testimonio in lib. quòd duæ naturæ in Christo: Neq; enim mulier illa, quæ Christi simbriam tetigit, in simbria, sed in ejus, qui rogà vestitus erat, & cujus erat simbria, invisibili potentia spem tuam comperta est collocasse. Christus velus interpres non dixit: *simbria mea te salvam fecit, sed fides tua*, qua scilicet in me & potentia mea, aliis miraculis demonstrata, fiduciam tuam collocasti.

## XLVIII.

Non aliter igitur fimbria seu veste sua usus est Dominus, quam baculo Moſis & aliis ſymbolis in *Aegyptiaca θαυματουργία* adhibitis: Virtus Domini *ἐνεργητικῶς*, fides mulieris *ὀργανικῶς*, fimbria verò seu contactus *συμβολικῶς* ſanavit, ut Theologi loquuntur,

## XLIX.

Idq; fecit in gratiam fiducia in femina planè heroicæ, quæ (ſine dubio non abſq; ſingulari impulſu Spiritus Sancti) tantâ potentiam huic Jeſu Nazareno tribuit, ut, ſi velit, per quidvis etiam minimum efficaciffimè operari & adjuvare queat.

## L.

Ideo quandoquidem Domino placuit, PER fimbriæ contactum tum quidem virtutem ſuam exerere: ratione iſtius actus ſpecialis non negamus *κοινωνίαν* quandam operationis inter ſymbolicum hoc organum & virtutem principalem; ſed illa neq; ordinaria fuit (qualem in ſacramentalibus ſymbolis, aqua, pane & vino in legitimo uſu agnoſcimus) neq; perpetua, multò minus ita *ἀχωρίσως* & *ἀδιαφύκτως* comparata, ut propterea denominatio, ſicut de humanitate Chriſti, fieri queat.

## LI.

Magna eſt differentia, inter instrumentum extemporaneum ſeu personale, Num. 21. 2. Reg. 18. & ordinarium ſeu perpetuum: Major, inter instrumentum ſeparatum & conjunctum (cum tamen Philoſophi concedant, quodlibet instrumentum non ſolum operari, quod ex ſe valet, ſed operari etiam ex virtute agentis primarii, instrumento utentis) Maxima verò & infinities major eſt differentia, inter quodcunq; instrumentum commune ſeu naturale, & inter humanitatem Chriſti cum *λόγῳ* principaliter agente non ſolum verè, ſed personaliter conjunctam & uniram: ita ut propter admirabilem hanc unionem filius DEI homo ſit & vocetur, qualis prædicatio, inter alia Agentia & ſua instrumenta ſeu ſymbola, locum non habet.

## LII.

Ideo prorsus nulla eſt conſequentia à fimbria ad carnem Chriſti: Fimbriæ realiter non eſt communicata omnipotentia, ſeu fimbria non poteſt dici omnipotens. Ergo neque humana Chriſti natura, &c. quemadmodum tamen Danzus ſcribere auſus eſt:

Non plus caro Christi ad efficienda miracula, quàm ad edita ab Aposto-  
lis miracula caro Apostolorum contulit, aut VIRGA Moysi ad edenda  
miracula Moysi profuit. (In Exam. libri Chem. de duabus naturis in  
Christo.)

## LIII.

Dum de contactu agimus, succurrit vulgatum argumentum *Cōtra Calv.*  
Sacramentationum, quo manducatione indignorum in Cœna Do-  
minica impugnant: si indigni ipsam substantiam corporis & sanguinis  
Christi verè acciperent cum pane & vino: utiq; etiam vivificarentur: indigno-  
sed posterus non fit. Edunt enim ad gravius iudicium, ut Paulus testa-  
tur: Ergo neg. prius fieri credendum est. *argum. ad-  
versus man-  
ducationem  
indigno-  
rum. Cœ.  
2. 20. 17. p. 251.*

## LIV.

Negamus autem consequentiam, per instantiam ex nostra hi-  
storia petitam: Si turba verè Christum attigisset, omninò ad illam  
virtus à Christo exisset: Verum nulla virtus exiit ad turbam, sed  
ad solam hæmorrhousam, Ergò sola hæmorrhousa, non autem  
turba Christum attingit. Id quod eum discipulorum sermone pu-  
gnaret, qui affirmarunt, Domine, turbate comprimis. Et tu dicis,  
quis me attingit?

## LV.

Vel secundum textum Luc. 10. Si impii Pharisei verè vidis-  
sent Christum, utiq; etiam beati facti fuissent, juxta dictum: Beati  
oculi, qui vident, quod vos discipuli videtis &c. sed non beati,  
potius autem subinde deteriores redditi fuerunt. Ergò non verè vi-  
derunt.

## LVI.

Ratio autem ἀνάλογος in allegato argumento Calvinia-  
no est, quia à libera operatione, secundum promissiones fide acci-  
piendâ, procedit, tanquam ab actione Physicæ necessitatis: & ta-  
men ne sic quidem illi disputatores memores sunt regulæ, etiam in  
naturalibus actionibus non negligendæ: Quodlibet agens agit se-  
cundum receptivitatem subjecti seu materiae.

## LVII.

Corpus Christi est vivificum actu secundo, hoc est exerendo  
& applicando vivificam suam gratiam: quando non tantùm acci-  
pirur & editur, sed quando simul in vera fide accipitur: Visio Chri-  
sti beatos efficit. quò non solùm corporeis oculis, sed etiam oculis  
fidei cernitur: Quod ad modum hîc non externus contactus sed



imperandi modo puellam mortuam iussit surgere, in qua tamen, utpote post mortem gelida, nihil quicquam vitalium virium, multò minùs facultas ad surgendum, supererat.

LXIV.

Similia loca plura exant, quibus aliquid præcipitur, quod tamen non est in potestate ejus, cui præcipitur, ut: *Lazare exi foras*, Joh. 11. v. 43. *Tabæa surge*, Act. 9. v. 40. *Abraham, suscipe in cælum & numera stellas, potesne numerare?* Gen. 15. v. 5. *Sur di audite & cæci tuemini ad videndum*, Esa. 42. v. 18. &c.

LXV.

Etsi igitur tota scriptura exhortationibus suis insonet auribus nostris, quòd debeamus ad Deum converti, Zach. 1. v. 3. curare celestia & mortificare terrestria nostra membra, Col. 3. v. 12. & 4<sup>o</sup> in Christum credere, Marc. 1. &c. Nunquã tamen inde inferendum est. Ergò propriis viribus, si non perfectam obedientiam; tamen ex parte præstare, & divino auxilio cooperari possumus.

LXVI.

Rectius B. Lutherus per allusionem ad nostrum Evangelium pronuntiavit, de servo arb. *Liberum arbitrium* (puta quoad res spirituales) est merum mendacium, quod, exemplo mulieris Evangelicæ, quò plus à medicis (inquit autem Pelagianos & Pontificios) curatur, eò pejus efficitur.

Allusio Lutheri allegorica ad hamorrhoidis,

## DE ABUSIBUS.

LXVII.

Irenæus lib. 1. cap. 1. scribit, Valentianos tradidisse, Christum unum tantum annum post baptismum prædicasse, & mense duodecimo passum esse: idq; significatum fuisse per defectionem Jude, qui duodecimus fuit Apostolorum; & per mulierem profluvium sanguinis passum, annis duodecim.

Abusus Valentiano-

LXVIII.

Micremur hanc ridiculã duodenarii numeri accommodatorem, nisi constaret, Valentianos longè absurdiorum opinionum architectos fuisse, adeoq; ductu spiritus sui aliter somnare non potuisse.

LXIX.

Dissemblari autem non potest, etiam alios nonnullos ex Patribus, Clementē Alexandrinum, Tertullianum, ipsumq; Augustinũ totam historiam de prædicatione Christi unius anni spacio inclusisse;

se; et-

se; etiam si de Valentiniana accommodatione duodenarii nihil somniasent. LXX.

Quandis  
Christus do-  
querit.

In gratiam discipulorum evidenter demonstramus, ministerium Domini nostri, post baptismum in Jordane susceptum, quatuor partibus completi, ideoque ipsum ministerii anno crucifixum esse.

LXXI.

Primi paschatis post baptismum mentio fit Joh. 2. v. 23. Inde usque ad festum Joh. 5. v. 1. *ἀπό τοῦ ἑορτασίου* quidem, sed propter periphrasim Luc. 6. v. 1. & Johan. 4. v. 35. paschate, exciuit primus annus: annus: secundus vero, à modò dicto termino usque ad pascha. Joh. 6. v. 4. descriptum. Tertius inde usque ad postremum pascha, in quo Jerosolymis crucifixus est, sic Chementius distribuit, in Epit. Harum. Evangel. p. 67.

LXXII.

Abusus pro  
adoratione  
Eucharistia.

Verum ad alia majoris momenti progrediendum est. Stapler. in Cathol. Promt. pag. 290. scribit: *Hoc uno loco facile armabitur fidelis populus, contra argumentum hæreticorum super adoratione Eucharistia: Christus in hunc mundum venit non ut à mortalibus adoraretur, sed potius ut humiliaretur. Matth. 20. in strando: & tamen rectè adoratus est: Ita, etiam si Eucharistia non est instituta ad adorationem, tamen pie ab Ecclesia propter Christi presentiam adoratur.*

LXXIII.

Dupliciter errat adorationem Christi, non pro cultu ob expressum mandatum necessario habet, sed pro *ἡμελοδερσικία* ab Ecclesia piis ex causis instituta, & nihilominus ipsi placente, 2 A Christo ad Eucharistiam, & quidè ad Eucharistieum panem, extra usum divinitus institutum, in circumgestatione, inclusione, elevatione & ostensione: quasi Christus & talis panis eadem ratione sese habent.

LXXIV.

Priori opponimus nos *ἰστορ* Apostolicum, Heb. 1. v. 6. *Cum introducit Deus primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes Angeli DEI: Si omnes Angeli ex debito adorant Christum in mundum introductum, multò magis hunc honorè ipsi debent homines, imò omnes creature.* 2 Addimus argumenta: Quicumque est verus Deus, ille ex necessitate primi præcepti est adorandus Deo. 6. Matth. 4. Sed Christus erat verus Deus, etià in his terris obambulans, Joh. 1. 14. Ergò ex necessitate primi præcepti adorandus.

Ite m

Item: Qui non honorat filium, (videlicet Sicut Patrem) ille non honorat Patrem, qui misit ipsum, Joh. 5. v. 23. Ergo qui non adorat filium, neq; patrem adorat, qui in filio honorati vult.

## LXXV.

Hunc cultū Christo Salvatori nostro tribuimus, non tantum quatenus in dextra Dei considerato, sed ubicunq; ex promissionibus ipsius, de præsentia & gratia ipsius certum sumus: in omnibus necessitatibus, in omnibus piis congressibus, Matth. 18. v. 20. adeoq; in ipsa administratione cœnæ: Costerus igitur Luthetanis injuriam facit per manifestum mendacium, quando hoc loco scribit: *Miranda est Lutheranorum stupiditas, qui cum Christum fateantur in Eucharistia presentem, tamen neque adorandum, Conc. part. 1. pag. 625.*

## LXXVI.

Sed heus Costere! simul agnoscimus, longè aliud esse Christū Θεὸν ὁμοιωτόν in Eucharistia seu cœna presentem adorare: aliud verò Christum in pane sacramentali, seu panem transsubstantiatum pro Christo, unà latra adorare. Posterius cum Papistis Aristotris facere reculamus, (ut de figmento transsubstantiationis, & de abusu circumgestationis & inclusionis nihil dicamus) tum, quia solius corporis, non totius humanitatis, neq; sui totius unionem sacramentalē cum pane promissit; tum, quia corpus suū cum pane edendum, nō verò adorandū instituit. LXXVII.

Nostram adorationem terminat ipse Christus, Dei & Mariæ Filius, in tantam sublimitatem exaltatus, ut ei omne genu cœlestiū & terrestriū staretur, Phil. 2. ubicunq; sit: Papistarum adorationem, Eucharistia factam, terminat ipse panis consecratus & theatticè ostensus.

## LXXVIII.

Miramur igitur nos potius stupiditatem Papistarum in Arrolatria eorum, quam Costerus ibidem sic describit: *Non igitur erubescas ad Eucharistiam genu steterere, Etq; honores, etiam hominibus exhiberi solitos, prestare: quales sunt, lumen accendere, in processionibus proficere, auro & argento ornare: sed neq; Ur Deum, invocare & adorare, eiq; totum submissere & iradere.*

## LXXIX.

Quicumq; id adorant, quod Deus non est, ut Deum, idolatræ sunt, Exod. 32. Papistæ Eucharistiam adorant, ut Deum, quæ ta-

rem Deus non est. Ergo sunt Idolatræ: Minor per se manifesta est, etiam si liberaliter concedere vellemus, panem per consecrationem Missifici in corpus Domini esse commutatum, solis accidentibus panis relictis: tamen nemo, nisi propudrio se impius, audebit dicere, quod panis sit in ipsum Deum commutatus.

## LXXX.

*Ab usus pro  
adoratio -  
ne imaginum.*

Pro adoratione imaginum loco allegato, pag. 291. Stapleto-  
nus ita dilgerit: *Quod si verum adorandi non proprie, sed largo modo  
accipiatur, pro veneratione quadam civili, autem etiam RELIGIOSA,  
tanquam viro sacro & magno Propheta DEI exhibita, que quoad exter-  
num gestum nihil à vera læria differret: extra culpam & reprehensio-  
nem sunt Catholicis, si sanctos & eorum imagines adorandas esse docent,  
atque adorant, sensu & modo confimili, videlicet non cultus læria, sed  
DEO debita, non sic, ut sanctos vel eorum imagines pro DEO colamus.*

## LXXXI.

Quicquid autem opinentur adversarii, nos contrarium affir-  
mamus, Papias cultu imaginum in grandi culpa hætere, & repre-  
hensione dignissimos esse: etiam si ex hypothesi cultus civilis cogi-  
tetur, tamen ineptè imagini tribuatur, quod prototype debetur. 2  
religiosum cultum scriptura ignorat, præter illum, quo Deus, pia  
cordis devotione, colendus, invocandus & adorandus est. 3 sibi  
sumunt Adversarii, quod concedi non potest, nempe honorem  
DEO præstandum posse imagini tribui, sed non Sicut Deo quæ de-  
re in disputatione præcedente satis dictum est, unde plenior solu-  
tio peti potest.

## LXXXII.

*Ab usus,  
quod fides  
non sit fidu-  
cia, p. 119.*

Bellarminus, lib: 1. de justif. c. 6. abutitur verbis Christi ad  
hæmorrhousam, *Confide filia*, v. 22, hoc modo: *Fides hic distinguitur  
à fiducia, & fide jam donata mulier ad fiduciam concipiendam excita-  
tur, Ergò fides non est fiducia. Similiter Costerus: Dnas hic virtutes  
Christus nominat: fiduciam & fidem, ut ostendat, eas à se mutuo distin-  
gui, quod imperite hæretici nunc negant: fiducia enim fides imbuta est,  
estque spes roborata, qua operibus bonis quotidie roboratur. Conc:  
pare: 1. p. 635.*

## LXXXIII.

Mitemus nunc illud, quod Jesuita quasi aliud agens, (&  
quidem gloriatione, quam scriptura reprobat, 1. Cor. 1. ult.  
Ephes. 2. v. 9.) simul

sim al implicat, fiducia nostris operibus roborari: id quod Stapletonus quoque facit in promptuario morali: Verfabimur autem tantum in argumenti consideratione.

## LXXXIV.

Illius consequentia non valet, quæ ita procedit: Mulier confidere jubetur, Ergo non confidebat, vel ergo fides ipsius non erat fiducia: Malè enim iacrementum & exercitum rei, ipsi rei opponitur, & quis ferat ita concludentem: justificatus jubetur adhuc justificari. Ergo justificatus non est, Apoc. 22. v. 11. Confirmare, excitationem & robustiorem efficere fidem mulieris voluit Dominus non fidem à fiducia se jungere, item prolicere novum actum seu officium fidei voluit, ut videlicet, quæ antea firmâ fiduciâ misericordiam & potentiam suam apprehenderat, qua ratione & sanata fuit: eadem nunc non dubitet de benevola sua gratia, etiamsi accuratus & publicè inquisiverit in personam, quæ attingendo se virtutem suam provocant.

## LXXXV.

Idem Bellarminus. De gratia primi hominis, Cap. 6. disputans pro sua thesi, quod imago Dei in Adamo non naturalis, sed super naturale donum Dei, naturæ hominis creati super additum fuerit, etiam exemplis resuscitatorum in hanc temporalem vitam abiit. Hæc autem sunt ipsius verba; pro ratione quarta: Si natura humana, qualis nunc est, remota culpâ mala est, & necessario labitur in peccata. Et ideo non potuit à Deo creari, ut adversarii volunt, sine iustitia originali: certè sequitur, non posse hominem mortuum à Deo revocari ad vitam nisi præditum originali iustitia: idem enim sequitur absurdum, si creetur, sive reparetur à Deo natura mala, & qua necessario peccet. Non enim reparatio illa minus est opus solius Dei, quam creatio. Et sicut Deus diceretur Auctor peccati, si naturam crearet, quæ non posset peccata vitare: sic etiam consentiret peccati. Auctor, si naturam repararet, præsertim solus, & immedia tate sua actione, quæ non posset peccato abstinere. A multis novimus ex sacris literis, à mortuis excitatos divina virtute, & ex his nonnullos, quos omnino CREDIBILE est à peccato originis fuisse purgatos, quales fuit Lazarus, Job. 11. Et Infantes, 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. Esq. Tom. 4. Col. 24.

## LXXXVI.

Resp. breviter: Temerarium est contra articulos fidei velle disputare ab exemplis, quorum ratio in scriptura non satis explicata

*Abusus  
quod imago  
Dei fuerit  
donum super  
naturale.*

cata est: nullibi enim conditio resuscitatorum in historia Evangelica explicatè describitur.

## LXXXVII.

Quòd omnino credibile videtur Bellarmino, illud neque credibile, neq; certum est: & præterea falsa hypothesis, quæ tota consequentia niti debet; videlicet creationis & reparationis eandem esse rationem. Quando Christus in hanc vitam resuscitavit, iusticia originali deficiente & peccato originali infectos, non propterea est peccati Autor, quia corruptionem naturæ non simul fecit (sicut in creatione fecisset) sed invenit.

## LXXXVIII.

Non autem fuisse vel Jairi filiam, vel filium viduæ, vel Lazarû, post mortem primam naturalem à peccato originis purgatos, ex eo constat, quia neq; corpus sui corruptû, cum radix peccati, tenacissimè aliàs inhaerens, non nisi totali destructione aboleatur; neq; à morte naturali secunda immune, quæ stipendiû peccati est.

## LXXXIX.

Abusus ad  
reliquiarum  
Generacione

Restat, ut controversiam circa hoc Evangelium primariam, nimirum de reliquiis Christi & sanctorum, eorumq; religioso cultu, prosequamur. Omnes enim Pontificii persuasi sunt, inificam virtutem adhuc habere vestem Christi & Apostolorum, ut & alia, quæ pro reliquiis sanctis habent: ideoq; eas magna fiducia religiose colendas esse; devotionem autem talem exemplo hamorhousæ luculenter probati.

## XC.

Bellarminus in libro de Reliquiis, cap. 3. scribit: Si Christus hic adesset, ut nos vestem ejus devotè osculareretur, continuo nos idolatras esse, Lutherus & Calvinus dicerent; at mulier hamorrhousa solam simbriam Christi fideliter tetigit, & sanata est, Matth. 9. Costerus, pag. 633. part. 1. Conc. Convincit hæc mulier & damnat omnes hæreticos, qui cum parente suo Vigilantio reliquiarum cultum negant: Et post pauca, pag. 634. serva ergo fides catholicam, invoca sanctos, honora eorû reliquias, nihil de auxilio dubitans & defensione adversus diabolos, qui, quia virtutem eorum formidant, hæreticos excitant ad eorum contumeliam, blasphemiam & consuetionem ad ignominiam Christi. Tympius in Rituali germ. cap. 12. p. 200. honor crucis Christi, clavus, lancea oblatas, in ipsum Christum refertur: cibus sanguine ista confusa sunt: Sicut mulier hamorrhousa magna reverentiâ simbriam Christi quasi exosculata

est.

Til. 7. 573. h. l.  
in fl.

vide. in sp.  
p. 38.  
of. Nam q. Th. post.  
p. 43.

est, Luc. 8. Stapletonus, in Cathol. promt. part. 1. pag. 292. *Hæc hæmorrhansa, non ut superstitiosa à Christo repellitur, quod cogitaverit, se vel tactu vestimenti salvam fore, sed contra hæc ejus fides, devotio & pia cogitatio præsentis sanitatis remuneratur. Docet ergo Christus piam & Deo gratam esse illam devotionem, qua non tantum Deum ipsum, sed & sanctos ejus; nec tantum personas ipsas sanctas, sed & quicquid ipse est, atq; ad eos pertinet, cum fide & pietate ordinata, complectimur, veneramur, atq; ad beneficia consequenda assumimus.*

## XC I.

Ut totum negotium de reliquiis juventuti nostræ rectius innotescat, antequam vitia accommodationis, quoad præsens exemplum, aperiamus: distinguendum est, 1 quid nomine Reliquiarum sacrarum in Romanensi Ecclesia veniat, 2 qualis sit ille honor, quem istis deferendum existimant, 3 quæ sit causa venerationis, qua Papiæ moventur.

## XC II.

Primum tradit Stapletonus his verbis: *Ad hominẽ pertinet, non solum, quod est, sed etiam quod circa illum est, vel quod ipsius est. Et sic ad reliquias alicujus sancti pertinet, non solum qualibet sui corporis particula, sed etiam vestes ipse, aut aliquid aliud, quo usus fuerat. Costerus, pag. 634. etiam terram sepulchris sanctorum impositam accendet. Et ex praxi, ut & historia monastica reliquiarum constat, non solum caligas, testiculos, calceos, & similia, quæ sanctorum ira dictorum fuerunt, sed etiam instrumenta malitiæ hostium, exempli gratia, leucicæ, quæ Christus flagellatus est, pro sanctis reliquiis haberi & coli.*

## XC III.

Secundò, de cultu idem Stapletonus scribit: *Reliquias aliter considerando, relative videlicet, & per earum contactum aut visum, intentionem nostram ad ipsos sanctos referendo, EODEM sanè cultu, EADEM veneratione ipsas reliquias prosequimur, quàm ipsos sanctos: IDEM beneficium, eandem virtutem mediantibus reliquiis assequimur, quam per ipsos sanctos assequeremur, pag. 292. Reliquias sanctorum, quia ad sanctos pertinent; & ipsos sanctos, quia Christi sunt, veneramur: Item: Veneratio personæ Christi etiam ad ipsam corrigiam calceamenti, & ad ipsam terram PULVERÈ quem calcabat se excedebat, Matth. 3. Psal. 132. pag. 293. Prædicatio Ecclesiastica hoc semper tenuit, sanctorum reliquias esse EX FIDE venerandas: plurimiq; experimentis sensit, talem ex fide venerationem, multa à DEO beneficia impetrasse, sicut hæc mulier Evangelica*

*Quali honore Papiæ reliquias prosequantur.*

*impetravit.* Decretum Concilii Tridentini statuit, *opis impetrando causa*, tum sanctos tum eorum memorias & reliquias colendas esse: Et Bellarminus Concil. Nicenum. 11. Ita allegat, quod reliquias *fomes salutare beneficiorum Dei* vocet: Neq; aliter sentire possunt, quam diu exemplum hamorrhousæ urgent, quæ veræ fidei fiduciâ ad impetrandam miraculosam sanitatem declaravit.

## XCIV.

Unde facillè appâret, etiam si adversarii non nunquam phrasibus præ se ferant, quasi reliquis tantum civilem cohonestationem & reverentiam externam tribuant, ipsos tamen in tali non conquiescere, sed religiosum & divinum cultum animis suis concipere & quotidianâ praxi exercere. Stapletonus d. l. pag. 292. fatetur, *Lutheranos à civili reliquiarum veneratione non abhorreere: alium autem ad religiosam reverentiam esse assurgendum.*

## XCV.

Quæ qualis & quanta sit, ita constringamus Jesuitam ex propriis verbis: Reliquias Sanctorum *eodem cultu* veneramus, quo ipsos sanctos ideo, *quia ad sanctos* pertinent. Atqui Sanctos veneramus, ideo, *quia Christi* sunt: Ergo *eodem cultu*, quo Christum, tum Sanctos tum reliquias eorum, adeoq; ipsum pulverem, à Christo & Apostolis calcatum, venerantur Papistæ. Viden', quò infaniae superstitionis tandè rapiat? Ad minimum inficias ire non possunt, quoad reliquias ipsius Christi.

## XCVI.

*Quia causa religiosa venerationis.*

Causam enim venerationis reliquiarum (quod tertio loco annotandum est) unice deducit à *relativo respectu* reliquiarum ad sanctos, & horum ad Christum seu Deum: juxta verba Staplet. *Talia per se considerata & in natura sua specifica, multam venerationem merentur: at verò relative considerando, videlicet intentionem ad ipsos sanctos referendo, eadem veneratione prosequimur, pag. 292.* *Relative hanc considerationem non solum hoc illustri factò, Matth. 9. sed etiam verbis disertis Christi in Evangelio nos docuit, Marc. 9. v. 4. 1. quia Christi estis.*

## XCVII.

*Veneratio reliquiarum à Chemnitio descripta.*

Audivimus sententiâ Monachorum recentiorû: non taceat legere, quot gradibus B. Chemnitius venerationem reliquiarum, pro qua in papatu pugnatur, ex Antiquioribus complectatur & describat. Elevatur vel in summum altare, vel aliû locum editum, aut  
vel

vel sericeo exornatæ. 2 Circumgestantur in processionibus, vel aliâs ostentantur ad spectandum, tangendû, osculandam. 3 Canonizantur à Papa, sicut & Sancti ipsi. 4 Cultus talis meritoribus habetur. 5 Creditur gratia & virtus DEI iis adesse. 6 donaria illis, ceu sacrificiû Deo imprimis gratû, offeruntur. 7 Indulgentiæ peccatorum ab illis expectantur. 8 Oratio coram illis facta singulariter efficax videtur: quæ causa impulsiva est peregrinationû ad sepulchra, & alia loca sancta. 9 Creditur cõferre ad sanctitatẽ & dignitatẽ Eucharistiæ, si in altari reliquiæ inclusæ habeantur. 10 Juramẽta præstantur cum contactu reliquiarû. 11 suspenduntur fiducialiter de collo, aut ægrotis imponuntur, (part. 4. Exam. Concil. Trid.)

## XCVIII.

Ex his satis intelligunt Discipulos, non contra reverentiã & honorẽ erga sanctos & reliquias eorum, per se, seu contra omnem, disputari, quando sese orthodoxa Ecclesia cultui papisticæ-religioso opponit.

## XCIX.

Neq; nobis unquam in mentem venit, Sanctorum sepulchra esse profananda; cadavera & ossa eorum hinc inde rejicienda; vestimenta & similia utensilia vel *μνησέουρα* Martyrum pedibus conculcanda; in sterquilinum abjicienda; igne comburenda; aut quovis modo contempnim tractanda esse: sed eo loco habemus, quo defunctos scriptura haberi vult. Quod nimirum in Domino quiescant, & gloriosam resurrectionem ex gratia ipsius (quam etiam mors & sepulchrorum squalor non intercipit) expectent, Sap. 3. v. 1. Sir. 46. v. 14. 49. v. 12. Esa. 26. v. 19. 20. cap. 57. v. 2. Dan. 12. v. 2. Psal. 34. v. 21. 116. v. 15. 1. Cor. 15. v. 51. 1. Thess. 4. v. 15. Apoc. 14. v. 13.

## C.

A pontificio autem cultu idẽ abhorremus, quia 1 superstitiosus idolatriæ est, quod in præcedentibus satis ostensum. 2 nullum Propheticum vel Apostolicum exemplum habet: miracula quidẽ personalia per simbriam Christi & sudaria Apostolorum facta legimus: simbriam autem & sudaria à piis fidelibus more pontificio culta esse, nusquam repetimus. 3 Cum multæ exequiæ Sanctorum in historia sacra describantur, nihil tamen extat ad collectionem & venerationem reliquiarum spectans. 4 Ne jam commemorem infinitas fraudes & imposturas, quas nundinatio reliquiarum peperit.

## CI.

Caret omni solido fundamento hypothesis, cui potissima in hac religione superstruuntur: Quod Deus *similiter magna operaturus sit post mortem per reliquias eorum*, sicut operatus est, liberè tamē, & pro certis personis rariùs, dum viverēt, ipsorumq; doctrina & vocatio corā mundo ad gloriā Dei & ædificationē primitivæ Ecclesiæ honoranda fuit.

## CII.

Invertimus potiùs consequentiam hoc pacto: Si sanctos non licuit religioso cultu adorare & venerari, dum viverent, & miranda per eos Deus operaretur: multò minùs ipsorum reliquiis hujusmodi veneratio religiosa debetur: Sed prius verum, Ergò etiam postertus,

## CIII.

Item: Si sancti Apostoli non pro suo arbitratu, dum viverent, potuerunt miracula edere, sed humili ministerio ipsis à liberrimo beneplacito Dei semper pendendum fuit: multò minùs per se ordinaria & perpetua virtus ipsorum reliquiis adscribenda est. Prius autem verum, ex confessione Pauli, qui Epaphroditum miraculosè sanare non potuit, Phil. 2. v. 27. Ergò:

## CIV.

Responsio  
ad exemplū  
hamorrhoi-  
sæ.

Quod autem attinet consequentiam, ab exemplo nostræ hæmorrhoiæ extractam, quatuor præcipuæ sunt, quæ ipsius vanitatē produunt, 1º procedit à personali beneficio ad fundandam fiduciam generalem, 2º à veste, quando libero beneplacito Christus, pro symbolico organo, usus est, ad vestem, quando amplius nec vestis Christum: nec hujusmodi organū est: stultū autem est evidentè, utroq; respectu eandem virtutem polliceri: quasi virgæ Moïsi & lapidum Davidis eadē fuerit perpetua virtus postea, qualis fuit, quando iussu & instinctu Dei adhibebantur, Exod. 7. 8. 1. Sam. 17. 3º si valeat consequentia à Christo ad sanctos, cur non his etiam omnipotentiam adscribimus: Nunquid ausus est quispiam fidelium à sanctis Apostolis petere, quod à Christo fieri sciebant? 4º argumentantur à non-reliquiis ad reliquias: Quis enim vestem Christi, quatenus eam vivus induit, reliquiis propriè ita dictis annumeret?

## CV.

Instantia  
Costeri,

Sed instat Costerus, pag. 636. *Vestis Domini non amisit suam vim, quia Christum non tegit, sicut nec Pauli sudaria ad absentes missa,*

*Act. 19.* Est igitur opus Catholica seu Evangelica fidei, si quis Treviros eat, ubi vestis Domini asservatur: Atq; hinc ulterius inferitur, fidem hæreticorum, qui reliquias omnes contemnunt, non esse Evangelicam.

## CVI.

Atq; huc facere videtur historia Eulebii, lib. 7. hist. Eccl. c. 14. de duabus statuis æneis, in perpetuam hujus beneficii memori-  
*Statua Hæ-*  
*morrhousa.*  
 am ab ipsa Hæmorrhousa cive Cæsarensi positis: quarum altera fuit Christi erecti, altera mulieris inclinata & manum extendentis. Inferius herba crevit nullius vigoris usque dum ad fimbriam vestis Christi exerevit: tunc valuit adversus omnes morbos. Stenisse fertur hæc statua usque ad Juliani Apostata tempora, qui eam dejectam suam substituit, quæ tamen fulmine prostrata est, referente Sozomeno, lib. 5. c. 21.

## CVII.

Resp. Minimè valet illatio Costeri de Tunica Trevirensi, si maximè historiæ fidem integræ posset allegare, esse illam vestem Christi Domini. Utrumq; enim, quod de sudariis Pauli, & de herba ad statuam hæmorrhousæ enatâ refertur, prorsus singulare & personale fuit, quo doctrinam Evangelicam commendare, & persecutores terrere DEUS voluit: quemadmodum in Actis expressè Lucas annotavit, DEUM virtutes non vulgares eridisse, per manus Pauli, *Act. 19. v. 11.* Planè ut in nostra historia virtus sanatrix non a fimbria, sed à Christo exuisse perhibetur, Luc. 8. vers. 46.

## CIX.

Talia singularia non licet ad communem regulam trahere illo tempore, quo ad confirmationem Ecclesiæ ex decreto DEI miracula vigere debuerunt, Marc. 16. v. 17. Joh. 14. v. 12. multò minus ergò generalium promissionum vim habent ultimis his temporibus: ubi non expectanda vel observanda, sed cavenda & fugienda prænuantur signa, Matth. 24. v. 24.

## CIX.

Regerit autem Stapletonus, rectè ad generalem informationem Christianæ devotionis exemplum hoc transferri: Si ex subsequente laudatione: fides tua te salvavit: licet generalem doctrinam elice-  
*Alia instan-*  
*tia ex textu,*  
 re: Ergò nunquam à votis nostris repressam patiemur, modo ex fide rogamus: sanè hujus mulieris cogitatio, impulsu Spiritus Sancti profecta

Mm

fingu-

singulari, tamen multò magis dabit doctrinam generalem de effectu reliquiarum, quia subsequente miraculo & fidelis ipsius cogitationis laude constat, rectè eam fecisse.

## CX.

Resp. Est Elenchus parium: Generalem consolationè & doctrinà de fide proponimus, non quia hæc mulier sola speciali instinctu in Christum credidit, sed quia scriptura ipsa in omnibus sanctis fidem commendat, & generalem thesin proponit, Jacob. 1. v. 6. Joh. 3. v. 16. Marc. 16. v. 16. & aliàs plurimis in locis. Talem generalem accommodationem monstrant Antagonistæ de effectu & veneratione reliquiarum, cum facillè annuemus,

## CXI.

Atq; hæc quidem de simbria Christi contra abusum Pontificiorum: quibus corollarii ergò aspergo illud, verisimile non esse, quo Costerus tradit, pag. 633. *simbriam Christi Judæorum more in quatuor angulos villis intextam fuisse, ut Judæi veste ab aliis discernerentur, juxta Num. 15. v. 39.*

## CXII.

Nam Johannes Evangelista, cap. 19. v. 23. refert, tunicam Christi, qua in vivis indutus erat, fuisse *ἄπασθεν, in consutilem, à summo contextam totam*: unde etiam alii *simbriam* hanc libentiùs de oravis vestis extrema seu infima, quàm pro instita superaddita, interpretantur (vide Bezzæ Annot.)



DECAD. VI. DISPUT. X.  
DOMINICA XXV. POST TRINIT.

Matth. 24. v. 15. 28.

Quomodo S.  
Scriptura lo-  
quatur, 2.  
p. 1.



Hod Dominus & Salvator noster in exordio hujus Evangelii, de lectione specialis cujusdã Prophetiæ Danielis inculcat: QUI LEGIT, ATTENDAT: illud ad generalem instructionem pertinet, omnium, qui sacram scripturam legere, meditari aut explicare volunt.

Nes

II.

Nos si lectioni & tractationi pericoparum Evangelicarum attentè, ut pat est, incubuerimus: tum meliores efficiemur ipsi, Sit. 32. v. 19. & firmas consolationes inde hauriemus, Rom. 15. v. 4. tum ex collatione facillè deprehendere & declinare tã corruptelas, quàm falsa dogmata Pseudodoctorum poterimus.

III.

Quod studium tantò magis curæ nobis sit, quia Christus hac admonitione, non certis solùm personis, sed sine discrimine omnibus licentiã aperit, imò necessitatem imponit diligenter evolendi & considerandi oracula sacra, inquit: *qui legit*, q. d. quisquis ille sit, attendat.

IV.

Dirigit enim Dominus hanc prædictionem suam ad omnes, qui salutari instructione opus habent; ad omnes, qui ingruente publicâ calamitate fugere; qui falsos Prophetas repudiare; qui tanquam aquilæ ad cadaver aggregari debebant; etiam ad uterum ferentes & lactantes; illisq; vaticinium Propheticum ided comendat, quò ipsius lectione attentã tantò vigilantiores & cautiores in observando rerum statu, & quantum per gratiam Dei fieri posset, in declinanda ipsa perditione & seductione redderentur.

V.

Simili consilio in N. Testamento totis Ecclesiis, tam auditoribus, quàm doctoribus, inscriptæ sunt epistolæ Apostolicæ, Rō. 1. v. 7. Ephes. 1. v. 1. 1. Cor. 1. v. 2. 1. Pet. 1. v. 1. & Evangelia, Luc. 1. v. 4. Joh. 20. v. 31. 1. Joh. 2. v. 12. 13. 14. Ad omnes etiam cura addiscendæ viæ salutis & evitandæ seductionis pertinet, Col. 3. v. 16. Ephes. 4. v. 13. 14. 1. Pet. 3. v. 15. Matth. 7. v. 15. 1. Thess. 5. v. 21. Specialibus mandatis, Joh. 5. v. 39. Luc. 16. v. 29. ut & exemplis laudatis exstimulamur, Act. 8. v. 28. 17. v. 11. 2. Pet. 1. v. 19.

VI.

Quòd si non omnes & singulos libros codicis sacri debito studio evolere & meditari possunt ij, qui ratione vocationis quotidianis & quasi perpetuis politicarum & æconomicarum rerum negociis occupantur: insigniora tamen testimonia, mysteria salutis & præcepta pietatis continentia, sibi ita comendata esse sinant, quem admodum hoc loco Dominus de peculiari quodam vaticinio præcipit, *qui legit, attendat.*

Mm 2

Lau.

*Omnibus le  
ctis sacrarū  
literarū est  
mandata.*

*1 Compl.*

Laudanda igitur est sententia Patrum Niceni Concilii, qui decreto suo omnibus Christianis hortatores fuerunt, ut sibi sacra Biblia compararent, inq; iis legendis assidui essent. Memorabilis etiam fuit cura B. Chrylostomi, qua subinde admonuit suos auditores, ut domiprius legerent textus sacros, antequam in concionem & publicam explicationem accederent. De illa testatur, hom. 3. de Lazaro: *Ideoq; CREBRÒ vobis prædicimus: multis ante diebus, argumentum, de quo sumus locuturi, ut his in medio diebus summo libro, mentem vestram instructiorem reddatis, ad audienda ea, qua post disseren-*

## IX.

Pro translatione & scriptura in linguam vernaculam.

Quia autem lectio in peregrina lingua non intelligenti nihil prodest, 1. Cor. 14. v. 6. 7. 19. Zelus 2. abiq; cognitione præposterus est, Rom. 10. v. 2. sponte sequitur, non modò licitum, sed & consultum, utile & necessarium esse, ut verbum DEI singulis populis in vernacula lingua exhibeatur: quemadmodum etiam Christus & Apostoli versionem septuaginta interpretum suis citationibus comprobarunt: Ipsi etiam vernacula lingua docuerunt: in primis autem linguarum diversitas, quòd celebrandis magnalibus Deus benè conveniat, miraculosa effusione Spiritus Sancti, in festo Pentecostes, solenniter consecrata est, Act. 2.

## IX.

Detestanda igitur est prohibitio Papistica, qua Laici, nisi peculiari Episcoporum & pastorum concessione gaudeant, à lectione scripturæ arcentur: pro quâ censura Colonienfis, pag. 21. & Catech. Canisii statuit, non modò inutilem, sed multis modis etiam perniciosam esse Ecclesiam Laicorum lectionem.

## X.

Detestanda etiam est opinio Hostii Cardinalis: *profanatio hæc scripturæ verius, quàm translatio, non solum Zanarios, bajulos, piscores, sartores, sutores, verùm etiam Zanarios, sartrices, sutrices facit nobis Apostolos, prophetissas, doctricas, &c.*

## XI.

Multò saniores fuerunt illi, qui ante Lutheri translationem partim in exhibenda germanica versione laborarunt, partim publicè in evulgationem conferunt: siquidem tria vetusta exemplaria Bibliorum germanicorum extant: unum Augustæ anno 1518. al-

terum

terum Noribergæ anno, quo Lutherus natus est, 1483. tertium ibidem, anno 1477. impressum: nisi fortè sacerdotes tam rudes etiam latinæ linguæ fuerunt, ut propter eos vernacula redditione Ecclesia amplius carere non potuerit.

## XII.

Atqui, inquit, scriptura est obscura multis in locis, ideoq; le- *Instantia ab*  
gentibus Laicis tam non confert utilem cognitionem, ut potiùs oc- *obscuritate.*  
casio variorum errorum esse soleat. *v. d. de. 2. d. 7. 4. 84.*

## XIII.

Resp. 1. vanum esse hunc prætextû & causam prohibita lectio-  
nis insufficiente, ex eo patet, quia etiam Doctores hæretici gravis-  
simos errores ex sacris libris (per abusum scilicet earû, & libidino-  
sam sui ingenti depravationem) hauriunt & defeniant, neq; ideo à  
lectioe prohibentur. 2. quia non solum idiotis & illiteratis homini-  
bus, sed etiam viris doctis, extra Clerum unctum, lectionem in-  
tercludunt.

## XIV.

3. Salvator noster tacite consentiens, prophetiam Danielis de  
abominatione in loco sancto esse difficilem & subobscuram (qualis  
ferè omnium vaticiniorum conditio est, per exempla Apocalypse-  
os, antequam ab eventu illustrentur) non tamen omissionem lecti-  
onis suavit, sed attentionem legentium flagitavit.

## XV.

4. Præcipue autem procedit argumentum à particulari. Ali-  
quæ esse obscura & difficilia non negamus, 2. Pet. 3. v. 16. Plura au-  
tem & quidem omnia, quæ ad salutem & Christianam professione  
necessaria sunt, perspicue & simplicissime extant.

## XVI.

Quam contemperationem tribuimus singulari sapientiæ Dæi,  
qui hac ratione lectorum tedium prævertere, industriam stimula-  
re, preces pro illuminatione cœlesti accendere, pietatem deniq; &  
humilitatem undiquaq; exercere voluit, juxta Ambrosii, Augusti-  
ni, Irenæi, Chrysoctomi & aliorum patrum sententias, quæ aliunde  
huc referri possunt.

## XVII.

Costerus super hæc verba, p. 652. similem in modum de ob-  
scuritate ex parte sive in nonnullis locis, causisq; hujus obscuritatis  
differit: impertinenter autem hanc sive causam sive consequentiam

attexit: ut verum scripturae sensum Ecclesie Catholicae doctrina perciperemus, quae totius mundi magistra est & columna veritatis, à qua non modo scripturae textum habemus, sed etiam sinceram expositionem.

## XVIII.

Sic enim obscura est scriptura, ut tamen in se satis lucis habeat, ad obtusorum locorum dilucidationem: unde firmissimus sermo Propheticus vocatur Phosphorus, cui in locis tenebrosis attendendum est, 2. Pet. 1. v. 19, Lux & lucerna pedum nostrorum, Psal. 19. v. 9. 119. v. 104.

## XIX.

atque 3. M. Ecclesia quo modo sit columna veritatis. Dec. 1. p. 72.

Quicquid igitur Ecclesia (verè Catholica non Romana) fecit, id fecit suo ministerio & testimonio, non ut magistra (supra scripturam); ut testis & ut fidelis promissus condus, non ut dictatrix, textum scripturae ad nos transtulit Ecclesia; suam doctrinam & sincerum sensum haurit ex scriptura, & quatenus hoc facit, per & propter scripturam fideliter assertam, non ex se ipsa, est columna veritatis. Iniquè hic ordo invertitur, quando dicitur scripturae sincerum sensum & interpretationem ex doctrina Ecclesiae depromendam esse.

## XX.

Itaque attentionem sedulam & fidele studium requirimus juxta præceptum Domini, & argumentum invertimus: si scriptura non est protracta facilitatis, ut cuius primo statim intuitu omnem profunditatem exhibeat, sed suas alicubi difficultates habet: diligenti & frequenti lectione opus est: sed prius verum, etiam ex concessione adversariorum, E. etiam posterius.

## XXI.

Weg. 1. 2. p. 786. 793. Quod in attentione requiratur.

Attentio ad intellectum requirit non solum præsentiam animi & indefessam constantiam laboris & studii, in legendo relegendoque; in consideratione phrasæ, principalis scopi, antecedentium & consequentium, &c. adhibendam: sed etiam feriam penitentiam, humilitatem precum pro auxilio divino, simplex obsequium, etiam si ratio non capiat; frequentem repetitionem & devotam meditationem, cum proposito omnia ad fidem & pietatem ipsius convertendi.

## XXII.

His pugnandum est contra obstacula, propter quae non solum singulares difficultates, sed etiam planissima loca scripturae obscura ma-

ra manent ex accidenti: videlicet, contra innatam cæcitatem mentis, 1. Cor. 2. v. 14. prudentiam carnis, 1. Cor. 1. v. 19. 20. præjudicium, Joh. 16. v. 12. Luc 24. v. 21. 25. impenitentiam Jacob. 1. v. 22. 23. *φιλαυτίαν*, Joh. 5. v. 44. contemptum veritatis, 2. Cor. 4. v. 3. Ubi Paulus corda quasi compungit eorum, qui verbum DEI obscuritatis acie eufant; *Si Evangelium nostrum obiectum est, tectum est eis, qui pereunt, quorum corda Deus hujus seculi excacavit, ne videant splendorem Evangelii, &c.*

## XXIII.

Iustus igitur noster zelus est, quo abominamur prædicata, quibus Pontificii canonem sacrarum literarum dehonestant, quod sit obscura, materia litis & errorum, regula Lesbia, nasus cereus, eujus sensus certus haberi nequeat, citra interpretationem Romanæ Ecclesiæ: imò verbum scriptum propriè verbum DEI non esse, sed tantùm, quatenus prædicatum, scilicet secundum sensum Pontificis Romani.

## XXIV.

Etiã ubi obscuriuscula est rarioribus in locis, tamen ejusmodi ignominiam non meretur: sed majorem & accuratorem attentionem: quemadmodum Dominus etiã circa obscurum viciniam Danielis, non interpretibus Judaicæ synagoge, sed ipsis verbis, quæ legenda sunt, fideliter attendere iussit.

## XXV.

Bellarminus ipse, tanquam Caiphas quidam, per incogitantiam sui erroris, quem aliàs cum omnibus Papistis communem habet, luculentam hanc confessionem edit: *sacris scripturis, quæ Prophetis & Apostolicis literis continentur, Nihil est Notius, nihil certius, ut stultissimum esse necesse sit, qui illis fidem habendam esse neget. Notissimas enim esse testis est orbis Christianus, & consensus omnium gentium, apud quas multis jam seculis summam semper auctoritatem obinuerunt, Lib. 1. de verbo DEI, 1. 2.*

## XXVI.

Codicem autem scripturæ non tantùm, ut piũ librum, ad salutarem institutionem utilem, legendum esse, sed canonicam, h. e. definitivæ decisionis, supremi judicis, perpetuæ & unicæ in quæstionibus religionis normæ auctoritatem habere; Christus tùm hac præsentis admonitione, tùm omnibus allegationibus (qualibus ad ipsius imitationem etiã Apostoli usi sunt) apud Evange-

*Scriptura videtur esse  
est unica  
ma doctrina  
Christiana.*

listas evidenter demonstravit. Ideò enim ad scripturam provocaverunt, ut summam ei auctoritatem suis concionibus conciliarent, quae etiam in conscientia coram Deo standum esset.

## XXVII.

De utilitate

V. Testam-

menti,

2. M. T. p. 83. 84.

Quoties etiã in hujusmodi allegationes scripturae incidimus, toties debemus abominari nomen, quam scripturae V. Testamenti inurunt Anabaptistae sua opinione, quasi illa tantum heret, h. e. tempore Judaicae Ecclesiae, vigere & valere debuerit: nunc autem in N. Testamento neque necessaria sit ad fidei institutionem, neque circa controversias religionis nos adhuc obliget: Sicut Anabaptistici locutores in colloquio Frankenthalensi nihil ex V. Testamento admiserunt, nisi quatenus cum N. Testamento consentiret.

## XXVIII.

Circa splendidissimum exortum lucis & perfectionis Evangelicae, seu (juxta stylum Anabaptisticum) temporis HODIERNI, oritura erat calamitas & vastatio, de qua Salvator noster hoc loco concionatur, scilicet circa annum 40 post ascensionem in caelos: atque nihilominus consideratio prophetici Vaticinii, ut necessaria pariter & utilis afflicto illis, imò etiam iis, qui ad finem mundi rectè præparandi sunt, fideliter commendatur.

## XXIX.

De canonis

ca. auctoritas

et prophetiae

Danielis.

Nominatim autem sciamus, non minorem sed aequalem cum Moise, Psalmis, & reliquis Prophetis auctoritatē, in Ecclesia Christi debere habere prophetiã Danielis: utpote ad quã hoc loco Dominus, sine restrictione, sed prorsus simili modo & respectu, sicut ad alias scripturas, quas alibi hoc ipso testimonio & approbatione commendat, provocavit.

## XXX.

Quò pertinet, quòd non solum Paulus, 2. Thess. 2. in descriptione Antichristi res & verba è capite 12. Danielis mutuatur: sed etiam Christus, Joh. 5. resurrecturos in ultimo die, per verba Danielis, c. 12. v. 2. in duos ordines (resurgentium scilicet partim ad vitam, partim ad judicium & ignominiam aeternam) dispescit: quem admodum Apocalypsis Johannis, priori sua parte, ferè nihil aliud est, quàm visionum Danielis approbatio, accommodatio, & luculentior declaratio. 4. certè eventus subsequuti divinas fuisse predicationes Danielis arguunt, & quae leguntur preces ipsius, cap. 2. 6. 9. quasi per indirectum magnoperè commendantur à patre caelesti, a pud

apud Ezechielem, cap. 14. v. 14. <sup>6</sup> præcipue Propheticus Spiritus, Ezech. 28. v. 3.

XXXI.

Præter hæc omnia, sicut reliqui Prophetæ suis vaticiniis ab immediata vocatione, mandato & inspiratione DEI, auctoritatem conciliant: *missi me Dominus, dixit Dominus Zebaoth*: ita etiam Danielis scriptura divinitus rata habita est, Dan. 12. v. 4. & 9.

XXXII.

Id quod observandum est <sup>1</sup> propter Anabaptistas & quosvis contemptores V. Testamenti, <sup>2</sup> propter calumniam porphyrii, qui teste P. Galatino, lib. 4. c. 14. Danielem inter Prophetas non admittit, sed, referente Hieronymo, Eusebio & aliis, pro historico præterita describente, & pro autore multo recentiori sub Antiocho Epiphane habuit: cum tamen Josephus, lib. 11. Antiq. c. 8. narret, Danielem Alexandro Magno Jerosolymam venienti (hic autem 150. annis Antiochum Epiphane anteverit) demonstratum esse. <sup>3</sup> Propter Judæos, qui Danielem *דניאל* seu hagiographis, minoris apud ipsos dignitatis, annumerarunt. <sup>4</sup> Propter Theodorum Mopvestinæ olim Episcopum, qui contemptum de omnibus Prophetis sensit. <sup>5</sup> Ne dicam de Manichæis, qui totam scripturam veterem malo Deo imputaverunt.

XXXIII.

Dum autem divinam auctoritatem libri Danielis prædicamus & vindicamus, loquimur, non de additamentis seu fragmentis Danielis, quæ ita vocantur: sed de duodecim capitibus, quæ in Hebraico codice comprehenduntur.

*De fragmentis  
in Danielis  
Apocryphis.*

XXXIV.

Nam historia Susannæ, narratio de Belo & Dracone Babylo-nico, oratio Asariæ & hymnus trium puerorum, antiquitus pro Apocryphis scriptis sunt habita, & in propatulo sunt indicia, propter quæ prophetica auctoritas illis attribui non debet.

XXXV.

Nihili quidem facimus visum Judæi cujusdam, cujus Hieronymus mentionem facit, quod ridiculum ei visum fuerit, *tribus soe-nis Danielis tantum fuisse ac in fornace incredibiliter astuante, ut cernerent, & in laudē Dei omnia elementa provocarent*: In genere carent modò dicta fragmenta illa *אֵלֶּיךָ*, quod in lingua Hebraica vel Chaldaica, ut ipsa canonica Prophetia Danielis, non extant.

Nn

In

In historia Susannæ, quæ cornica est, suspecta sunt illa: 1 quod Daniel, ut καὶ δέξιοι puerulus, introducitur, Dan. 13. v. 45. qui tamen in palatio Regis publico munere functus est, Dan. 1. & tempore Susannæ sub Astyage, Dan. 13. v. 65. secundum accuratam Chronologiam Monarcharum Babylonicorum: (Nebucadnezaris, Evilmerodachi, Baltharis & Astyagis) ad minimum natus fuit annos 80. 2 Judæis tribuitur judicialis jurisdictio, quali tamen in captivitate caruerunt, Esd. 7. 3 allusio arborum, Dan. 13. v. 54. 58. proflus non quadrat ad idioma hebræicum & chaldaicum, quo tamen Daniele uti oportet.

Belis & Draconis historia idè non immeritò suspecta est, 1 quia significat, hac occasione tum Danielis famam & spiritum publicè honorasse, tum Cyrum antea idolatram ad saniores religionem reduxisse, contra Esd. 1. v. 1. 2. Paral. 36. v. 22. & Danielis 6. v. 25. 26. ubi Darius fecer Cyri publico diplomate idolatriam ex toto imperio proscripserit, 2 præterea Habacuk Propheta 135. annis historicum factum antecurrit.

Antequam à Daniele digrediamur ad alia, ad præsentis Evangelii tractationem omninò pertinet, ut de abominatione vastationis, qualis illa fuerit, monitu Christi, ex Danielis collatione, cum circumstantiis hujus prædictionis, & eventu, statuamus: præsertim cum diversæ interpretum sententiæ rem difficiliorem reddiderint.

Observanti præceptum Domini. h. e., attentè legenti Danielè notum est, ter in ipsius Prophetia commemorari abominationem desolationis, nempe, Dan. 9. v. ult. 11. v. 31. 12. v. 11. ubi in secundo loco indubitatum est, sermonem esse de Antiocho Epiphane: in tertio autem sub typo Antiochi Antichristi abominatio pingitur.

Quia igitur Salvator noster conspectum abominationis pro *προφητεῖαν* introducit, seu signo, unde de imminente excidio Regni, templi & populi Judaici certò concludi debeat: rectè colligitur, in nostro Evangelio, nõ ad undecimam aat duodecimam, sed ad nonum caput Danielis nos revocari. Epiphane enim profanatio jam dudum facta fuit, ante prædictionem Christi: Antichristi autem ab-



*Dea testatur  
Messiam du  
dū venisse.*

tionem tum devastationem eo ipso tempore impletā esse, quod ipse  
suis hebdomadis desinivit: jam autē promissus Messias ante vastati-  
onē venire & mori debuit, Dan. 9. v. 26. Malach. 3. v. 1. Ergo post  
excidium templi & Judææ frustra Messie adventus expectatur.

*XLVII.*

*Christus est  
Deus omnino  
sensus.*

Quamvis autem Christus hanc prædictionem futuræ *πανολε-  
θρίας* testimonio Danielis stabiliverit, & ex ipsius vaticiniis quasi  
hauerit: nihil tamen obstat, quod minus ex ea divinam majestatem  
& omniscientiam Domini nostri addiscamus.

*XLVIII.*

Qui enim non opus habuit, ut demonstraretur ei, quid esset  
in homine, Joh. 2. v. ult. neq; opus habuit, ut à Prophetis sibi detur  
straretur, quid futurum esset; cum propria ex majestate omnia fu-  
tura, tanquam præsentia, intueretur: imò spiritu suo olim Prophe-  
tis noticiam futurorum inspiravit, teste Petro 1. Epist. 1. v. 11.

*XLIX.*

Videmus, ex consilio Salvatoris, quod extradubitationem  
sanctissimum est, fugam ad evitanda pericula nis, quos dirigit Deus,  
non modò κατὰ συγγνώμην permitti, sed etiam, ut necessarium &  
legitimum medium, imperari.

*L.*

Hoc consiliū tantò augustius nobis debet esse, quia non tem-  
porale vel personale, huic solum modò casu turbulentæ persecuti-  
onis Judaicæ accommodatum fuit: sed etiam sanctis Apostolis in  
generali thesi dictatū, Matth. 10. v. 23. *Cum persecuti fuerint vos, nem-  
pe quotiescunq; in una urbe, fugite in aliam.*

*LI.*

Pessimè audit *αυτοφονία* in scholis, ubi conscientia informan-  
tur: Non verò longius abest ab *αυτοχέρειον* crimine, qui licitam fugā  
negligendo sese periculis vitæ objicit, & in eis perit: quàm is, qui  
hostilem gladium alterius sponte incurrit, differt ab eo, qui propri-  
um gladium in propria viscera adigit.

*LII.*

Semiram & Sanctis Christòq; ipso tritam 2. Sam. 16. 1. Reg. 19.  
- Matth. 2. Act. 9. & 17. calcant, qui legitimā fugā suæ tuorunt q; salu-  
ti, nec non commodis Ecclesiæ & Republicæ, consulunt: provi-  
dentia divina singulari cum gratia, præsidio & benedictione ob-

servat

servat gressus fugientium in nomine Domini: aliàs si tantùm ab ominisculo oculo observarentur, sicut impii, Psal. 34. v. 17. consolatio- nis argumentũ non præberet divina numeratio migrationũ nostrarũ, Psal. 56. v. 9.

LIII.

Qualis autem certis in casibus cautio adhibenda sit, ne ex fuga licita fiat illicita, aut ad violationem conscientia, præter vocati- onem, cum detrimento Reipublicæ; quippiam fiat, indicatum est. Decad. 1. disp. 8. q. 1.

LIV.

Nunc illud tantùm adjicimus, eos Christiana professione in- dignè facere, qui, dum possunt, incursiones bellicas non fugiunt, sed ex hac sola intentione militant, vitamq; venalem faciunt, quia vel prædam vel vanam gloriolam mundi captant.

*Quæri causa  
nemo vitam  
periculo ob-  
jectat.*

LV.

Quibus etiam meliores non sunt nonnulli alii, juxta Sir. c. 3. periculum amantes, exempli gratia; qui pecunia & lucelli avidi periculosissimas peregrinationes & navigationes subeunt, quibus superledere possent, si vel in ordinaria vocatione manere, vel sua forte contenti esse possent.

LVI.

Eo ipso autem, quod fideles in persecutione aliud confugere jubentur, simul doceatur Ecclesiam fidelium nõ esse certo loco ter- ra alligatam: id quod etiam mulier Apocaiptica representat, Apoc. 12. v. 14. cui propter infidias Draconis data sunt alia duæ, ut volaret in desertum locum, &c.

*Ecclesia aut  
li loco est al-  
ligata.*

LVII.

Imò, quemadmodũ hoc loco rexus admonet, etiam si Pseudo- propheta aliò vocet suis seductionibus, tamen sequendũ non esse: ita quãdo in ipso loco Ecclesia in errores prolabit, & hæretes grassari occipiant, *exundum est fidelibus, 2. Cor. 6. v. 17. ne participes fiant peccatorum, & de plagis alienis participent, Apoc. 18. v. 4.*

LIX.

Præter fugam Salvator etiam illud consilium suggerit, quod ingruentibus calamitatibus fatalibus debeant precibus incumbere, nominatim pro benedictione fugæ, quæ vitam, tanquam spoliũ, internecioni eripere queant.

*77. p. h. u.*

*Bellaneq. ab  
astru nec ab  
absoluto de-  
creto Despe-  
dent.*

LIX.

Hoc consilio deducimur ad considerationem providentiæ divinæ, cui nequaquam adscribendum est, quòd absoluto quodam & simpliciter inevitabili decreto, omnium aliarum causarum ordine, ipsoque adeo pietatis & impietatis respectu posthabito, vel mortis terminum hominibus præfigat, vel bella similesq; perastragicas immittat: multò minus talia à physica necessitate, per astrorum influentiam dependent.

LX.

*Vite termi-  
nus nulli est  
absoluto salu-  
salu.*

Ipse sanè Jehova est, qui omnibus rebus terminos & metas constituit: Is etiam vite terminus præfigit pro suo beneplacito, qui certo & infallibiliter hominem, eum laqueus avicolam, comprehendit, Eccles. 9. v. 12. Job. 14, sed justè simul & graviorè illud facit, juxta promissiones & comminationes suas: unde cogitandum non est, huc moriendum fuit hac hora & tali mortis genere, quicquid etiã egisset.

LXI.

Nam si aliter egisset, vel causarum naturalium ordinem cautè observando, vel juxta normã verbi sectando pietatem & averfando impietatem: Deus etiam quippe horum omnium ab æterno exactè conscius, alium terminum justè & sanctè præordinasset.

LXII.

Hoc omninò contra carnis & levitatis humanæ imaginationes, vobis persuadeant, 1. utilitas precum, 2. ordinatorum mediatorum commendatio à spiritu sancto quoq; facta, ut hoc loco fuga, alibi medicina, Sir. 38 & aliorum, 3. exempla è lethalibus morbis adeoq; ex ipsis faucibus mortis miraculosè ereptorum: Hiskia, Ela. 38. Epaphrodit, Phil. 2. Pauli. 2. Cor. 1. 4 quibus annumerari possunt, qui in hac animale vitam à Christo, Prophetis & Apostolis resuscitati sunt, 4. promissiones de prolongatione vitæ in præmio pietatis, Exod. 20. v. 12. 1. Tim. 4. v. 8. Prov. 3. v. 2. 4. v. 10. Sir. 3. v. 7. & comminationes de decurtatione vitæ impiorum, Gen. 38. v. 8. 9. Psal. 55. v. 24. 2. Reg. 2. v. 1.

LXIII.

De quo tamen judicio Dei non ab eventibus, quatenus in sensu nostros incurunt, carnaliter judicandum est. Sape enim fit ex coincidentibus causis, ut Deus misericors sanctos suos mirabiliter ducens, Psal. 4. brevitate vitæ & subita morte fidelibus optimè consulat,

fulat, Sap. 4. Esa. 57. v. 1. Rom. 14. v. 7. 8. impijs etiam longiorem vi-  
tam concedat, Psa. 73. v. 12. Rom. 2. v. 4. 5.

LXIV.

Quod de termino vitæ dictum est, id ad alia quoq; nostra fa-  
ta fortunæq; ad pœnas & beneficia publica privataq; referendum,  
ne eventus vel cœcæ fortunæ, vel absolutæ necessitati adscribamur,  
quorum neutrum hoc sincera pietate, consolationibus efficacibus  
& merito studio virtutis consistere potest.

LXV.

Omnia subjacent providentiæ divinx, & in specie de gravif-  
simis calamitatibus ex nostro textu apparet, quomodo Deus eas  
præsciat, justè decernat, non præmonitis nunquã immittat, guber-  
net, mitiget vel exasperet, metas constituat, in gratiam electorũ de-  
surret, & tandè ad bonos fines sapienti nutu dirigat, v. 15. 16. & seq.

LXVI.

Id quod fecit, facit & faciet non tantũ in talibus tribulationi-  
bus, quæ ejusdem generis sunt cum judaico excidio, de quo prior  
pars Evangelii concionatur, sed in omnibus alijs afflictionibus, præ-  
cipuè autem in illa pressura, quam Ecclesia postremis seculis, ante  
extremum judicium, secundum prædictionem Domini in postero-  
re parte Evangelii, propter conatus Antichristi & aliorum Pseudo-  
doctorum subitura erat, & jam diu experta est.

LXVII.

Etsi enim ad totũ examen hæreticorum hoc loco Christus re-  
spicit, quos omnes Antichristos vocat, eò quòd dogmata doctrinæ  
sux cõtraria spargant (multos autè esse, testatur Johannes, 1. Epist. 2.  
v. 18. Petrus 2. epist. 2. v. 1. propter quos ultima tempora difficilima  
vocantur, 2. Tim. 3. v. 1.) dubitari non debet, sub horum complexu,  
in primis contineri & notari magnum Antichristum, filium perdi-  
tionis, videlicet, ut nos exacta harmonia eventus, cum prædictio-  
nibus Danielis XI. 2. Thess 2. 1. Tim. 4. Apocal. 13. 14. 17 & 18. proh-  
dolor docuit, summum Pontificem Ecclesiæ Romanæ.

LXVIII.

In hac enim Ecclesia diu dictum est, & adhuc dicitur, *Christum Papam esse*  
*hic vel illic, in deserto, in penetrabilibus, &c. esse;* Gratiã videlicet, quæ  
in solius Christi obedientia & merito fundata est; alligant cer-  
tis locis, docentes, Christum sua gratia præsentiorẽ, effi-  
cacio-

cacio-

cauiorem & magis beneficium esse ad sepulchrum ipsius, apud reliquias, Romæ, Compostellæ & alibi, gratiam Christi singularem transferunt foras extra mundum (ut loquuntur) in deserta cœnobiorum & eremiticorum claustrorum, regulisq; monasticis tantam perfectionem adscribunt, quæ superflue sibi & aliis gloriam cœlestem mereatur, sub Papatu Romano, partim Saranas, secundum yaticinium Pauli, efficax fuit per varia prodigia & signa, ad dementationem mundi cōparata: partim ipsi Episcopi & Monachi miracula finxerūt, & narrationibus ex nocturnis quoq; somniis Lugendas suas impleverunt: & adhuc gloriā miraculorum soli Romanæ Ecclesiæ adscribunt, orthodoxam verò Ecclesiā, usā cum Evangelio, ignominiosissime blasphemant, quia similia prodigia neq; jactat, neque probat.

## LXIX.

Quando ergo fidelissimus præmonitor noster exclamat: *nolite credere, nolite exire*, certum est, omnes, quibus salus æterna & vera Ecclesiæ communitio curæ est, ab antiquo errore Pontificia religionis avocari; Monachatum secundam omnes species & ordines, cum uniuersa superstitione coherente damnari, secessionem Lutheranae Ecclesiæ quali cœlitus confirmari; Aposthasias autem & novas defectiones ad sedem Romanam singulari zelo iudicari.

## LXX.

Quæ fidelitas Christi tanto attentius est agnoscenda, quanto propius imminet finis mundi, finem & interitum universo regno & satellitio Antichristiano allaturus, quanto difficilius fides & charitas custodiri potest, propter indefessam tyranidem diaboli, Apoc. 12. & grassationes hæreticorum, juxta prædicationes, Matth. 24. v. 24. Luc. 18. v. 8.

## LXXI.

Admirantur & ad cœlum usq; exollant Papistæ eremitas suos, peregrinationes, reliquias, indulgentias, cilicia, junia, vigiliis, humi-cubationes, flagellationes, & alia regularum monasticarum exercitia: nos meliori loco non habemus, quàm, quem Dominus in allegatis verbis suasisit.

## LXXII.

In primis autem caveamus nobis, tum domi à desiderio novorum seu plurimum miraculorum, quibus doctrina vera Ecclesiæ confirmari debeat, (quod ultimis seculis prorsus intempestivum & Christi-

fiano

Miracula  
non sunt  
quærenda.

fiano homine indignum esse, disp. 6. docuimus) tùm foris à signis, quæ vel Romanentes vel alii fanatici jactant & mirificè prædicant.

## LXXIII.

Si enim miracula his ultimis diebus pro nota veræ Ecclesiæ haberi; doctrina, etiam testimoniis Apostolorum & Prophetarum comprobata, sine miraculis non suscipi; Ecclesia ipsa & electi DEI homines in illa per gloriam miraculorum inelarescere deberent: tam expressè, tamq; accuratè aduersus Pseudodoctorum miracula nunquam præmonisset Dominus: præcipuè ea non ita descripsisset, quod talia futura sint, quæ etiam electis filiis DEI periculum obijcient.

Miracula  
nō sunt nota  
Ecclesiæ. *in l. p. 104  
D. g. v. p. 75.*

## LXXIV.

Ubi considerata est sententia Stapletoni, quam ipsi veritas expressit, in prompt. Morali de præsentis textu: *Tanta*, inquit, *deceptio erit in signis hæreticorum & Antichristi, cuius illi præcursores sunt, ut robustissimi de fide periculentur.* Et addit paulò post: *Certe ad maiorem fidelium probationem etiam VERA miracula non solum Antichristus ipse, ejusq; proximi præcursores, sed quilibet hæretici non secus, quam Magi, DEO permittente operari poterunt, pag 627. part. æstiv.*

## LXXV.

Quæcunq; autem tùm Antichristus ipse, tùm OMNES hæretici facere possunt, ea non sunt propria Ecclesiæ veræ, sed pari facilitate ad cætum malignantium seducere, quam societati fidelium aggregare possunt. Sed VERA miracula possunt hæretici facere. Ergò.

## LXXVI.

Quando nos urgemus, propter hanc admonitionem Christi, ut & Deut. 13. v. 1. 2. Thefl. 2. v. 9. doctrinam non ex miraculis, sed miracula ex doctrina esse judicanda, contradicit Stapletonus ex sententia Pontificiorum, & alium modum discretionis proponit: *Quandò melius, ait, in schola Catholica didicimus, seductorum signa & prodigia à veris miraculis distinguere, vel à personis seductorum, quia non legitime vocati sese ingerunt, vel à sine, quem obtinent, cum post se discipulos abducant, vel ab ipsis in se miraculis aut fallacibus & meris præstigiis, aut si veris, prorsus inuitilibus & ad ostentationem factis, pag. 319.*

Oo

Sed

## LXXVII.

Sed nihil efficit. 1. ad circulum redit: vocatio in dubium vocata demonstranda est miraculis ( hoc enim à Luthero & Lutheranis flagrant ) & miracula sunt à vocatione judicanda 2. non valet hæc methodus ad cavenda *VERA* miracula hæreticorum, quæ ipsis Stapletonus expressè tribuit 3. si tam facilis discretio foret, miracula pseudodotorum electis periculum non crearent,

## LXXVIII.

4. Præcipue autem hæc Jesuitica via discretionis omnia miracula Christi fuissent rejicienda 1. Erat enim secundum Cleri Judaici consuetudinem seductor. non legitimè, hoc est non à sacerdotio Judaico, vocatus & missus 2. miracula faciebat, ut discipulos post se abduceret, Joh. 2. v. 11. 3. quam veram gloriam quærebat Dominus, illi pro suo affectu de ostentatione interpretati potuerunt, & interpretati sunt 4. pro fallaciis habuerunt, adeò ut Beelzebub adscriberent Luc. 11. & nova signa postulerent, Matth. 12.

## LXXVIII.

Nostra igitur & Prophetica norma multò certior est: *ad Legem & ad testimoniū; si nō dixerint juxta verbū hoc, nō est eis aurora: etiā si scilicet cælū & terrā miraculis suis impleant: & comoverent.*

## LXXX.

Plura autem ex dicto Christi, admodum memorabili & nunquam ex memoria dimittendo, addiscenda sunt: *magna prodigia edent, ut se ducant, si fieri possit, etiam electos.*

## LXXXI.

*Contra Chilia-  
stas.  
91. 2. 2. Ex.  
p. 54*

Quia enim tanta preflara, videlicet Electis periculosa, duratura est, usq; ad reditum Christi in nubibus, quod evidenter constat ex versu 27. & 30. Chiliastarum opinio consistere nequit, de regno, quod Christum, mille annis ante adventum suum ultimum, in terris, cum totali everfione impiorum, & singulari prosperitate electorum, administraturum esse finxerunt.

## LXXXII.

*Non omnes  
sunt electi,  
2. 20. Tr. p. 59*

Deindè perspicuum est, etiamsi Deus serè desideret & ab æterno desiderarit omnium hominum salutem, filium videlicet toti mundo ex dilectione paterna miserit, hic etiam totius mundi peccata portarit, & remissionem peccatorum omnibus annunciari curet: non tamen omnes homines æterna prædestinatione electos & libro vitæ interiptos esse: videlicet ipsorum hominum culpā, ut disp. 9 ostensum est.

Hoc

## LXXXIII.

Hoc enim loco Dominus electos *secernit* ab aliis, qui sese à pseudochristis seduci patientur: de quo tantò minus dubitari debet, quia electis tribuitur, quod seduci nequeat. Jam si omnes promiscuè pro electis essent habendi, nulli seducerentur, adeoq; frustranea præmonitio Domini, quod absurdum, habenda foret.

## LXXXIV.

Tertium *πρόσημα* est illud ipsum, quod modò innui, quòd nimirum electi verè-tales nunquam possint seduci, puta in totali apostasiam à Christo, qualem Pseudodoctores quærunt, adeoq; in similem perditionem, quam ipsi Pseudochristi cum sectatoribus incurrunt.

## LXXXV.

Tale igitur discrimen inter renatos, qui verè in gratiam Dei recepti & per baptismum Christo inserti sunt, & electos, qui in libitum vitæ, ut certò futuri hæredes æternæ gloriæ, ab æterno inscripti sūt, intercedit: quòd utriq; quidam ex gratia Dei totaliter excidere possunt & solent, quando scilicet exemplo Petri & Davidis, peccatis contra conscientiam indulgenti, Rom. 8. Soli autem electi finaliter, adeoq; ipsa hæreditate futura non excidunt: non possunt rapi ex manibus Christi, Joh. 10. v. 28. nulla creatura potest eos separare à delectatione Dei, quæ in Christo est, Rom. 8 v. 39. ubi etiam prædestinatio ipsaq; glorificatio indivulsè conneclantur, v. 30.

## LXXXVI.

Hæc tamén impossibilitas non est deducenda ab absoluto decreto Dei, quo ad veritatem fingunt, certa individua hominum ex nudo beneplacito, omnem fidei vel incredulitatis considerationem antegresso, tantum quia Deus voluit, ad salutem esse ordinata, cæteris omnibus simplici natu & odio reprobatis; ita fataliter & per absolutam necessitatem, ut simpliciter perire nequeant.

## LXXXVII.

Sed æstimanda est ab infallibili conditione electorum, quæ in eo versatur, quòd nulla alia ratione electi sunt & vocantur, nulla alia ratione definitionem electorum accipiunt, quam quia vitam suam certò in fide & penitentia finituri, sicq; salutis metam assecuturi sunt.

## LXXXVIII.

Ad quam cogitationem nos scriptura deducit, quando non tantum ab omnibus fidelibus constantiam ad perseverantiam strictè requirit,

*Electi nō pot  
sunt perire.  
7. 1. 31.  
7. 1. 31.  
7. 1. 31.*

quirit, Matth. 10. v. 22. 24. v. 13. 2. Pet. 1. v. 5. 10. Apoc. 2. v. 7. 16. 17. 26. cap. 3. v. 5. 12. 21. sed etiam conservationem electorum usq; ad finem, expressè à prædicta conditione suspendit: *si fiduciam & gloriam spes, Heb. 3. v. 6. ac insitum substantia, v. 14. usq; ad finem firmum teneamus; si in fide fundati & stabiles permaneamus, neq; recedamus à spe Evangelii, Col. 1. v. 23. 2. v. 7. Si Christo adhareamus, Joh. 15. v. 7. 10. 14. cap. 17. v. 6.*

## LXXXIX.

*Ab æterno certum est numerum electorum.*

Unde simul patet, electorū & salvandorum numerū ab æterno quidē certum, Deo infallibiliter notum, & post factā inscriptionem immutabilem, 2. Tim. 2. v. 19. non tamen absolutē fatale esse,

## XC.

Nam, qui nunc ex præscientia DEI, cui finalis fidelitas perspectissima fuit, inscripti sunt & certò salvantur: potuissent etiam damnari, si videlicet (quò caro ipsorum, pariter cum aliis hominibus peccato corrupta, stimulavit) vel spretis mediis in Christum prius non credidissent, vel post lapsus ad seriam & finaliter perseverantem pœnitentiam reversi non fuissent.

## XCI.

Sicut vicissim, qui nunc ex præscientia DEI, cui finalis impenitentia exploratissima ab æterno fuit, non inscripti, sed reprobati sunt & certò damnantur: potuissent etiam salvati, si concupiscentiis carnis repugnassent, & ordinem salutis divinitus præscriptum & preceptum, observassent, quam ad luctam ipsis quoque gratia Evangelica in toto mundo annunciata & oblata fuit, Matth. 11. v. 21. 23. v. 37.

## XCII.

Sic major minorq; potuisset fieri numerus electorum, ex conditione ipsorum humana, quæ renatis & electis usq; ad finem vitæ adhaeret, Rom. 7. Gal. 5. Rom. 8. Immutabilis autem est, quo nec major expectari, nec minor ab insania diaboli ac mundi reddi potest numerus, ex præscientia & omnipotentia DEI.

## XCIII.

*De loco Plalmi 69. v. 29. Videtur à dicto Salvatoris, & assertionibus modò positis confirmari, tradicere dictū Plalmi 69. v. 29. deleantur è libro vite, & cum iustis non scribantur.*

## XCIV.

Verūm responsionem suggerit ipsa sententia prolata, quæ tō

*delevi*

*deletur ex libro vitæ, ἐξ ἡγνῆς ζωῆς per non scribi cum iustis interpretatur:* sicq; docet, deletionem ex libro vitæ negativè, non privativè, esse accipiendam, de impiis, qui nunquam cum iustis & electis inscripti fuerunt: juxta verba Augustini, Tom. 3, in hunc Psalmum: *versus, qui sequitur, exponit, quod dictum est, & cum iustis non scribantur.*

XCV.

Pereuntes autem non fuisse scriptos in libro vitæ, *ἡ τὸν τεστα-*  
tur, Apoc. 17. v. 8. 20. v. 15.

XXXVI.

Ne autē excipias: Omnes quidem, qui non inscripti fuerunt, *ἰσθῆναι:*  
admiratos esse Antichristū, Apoc. 17. & conjectos esse in mortē se-  
cundā stagni ignei: plures autē esse damnandos, ideoq; nonnullos,  
qui inscripti, & ad damnationem iterū deleti fuerint: cum his locis  
simul conferenda sunt illa: Esa. 4. v. 3. sanctus erit, **QUICUNQ;** scri-  
ptus fuerit inter vivos, Luc. 10. v. 20. gaudere, quorum nomina cælo  
adscripta sunt, Act. 13. v. 48. crediderunt quotquot præordinati fue-  
runt.

XCVII.

Quartò diligenter notandū est utrumq; fatum Ecclesiæ, quòd  
quidem erroribus præoccupari, nunquam tamen prorsus, etiam in  
turbulentissimo statu (puta tam inter hæreticorum versutias, quàm  
persecutorum insidias) everti possit: idq; non tantum ad nostram  
consolationem, Matth. 16. & instructionem; sed etiam contra infi-  
ciationem Pontificiorum. XCIX.

His tudes in oculis est ista veritas, quod vera Ecclesia non tan- *Ecclesia non*  
tūm in vitiā morum prolabi, sed etiam ad dogmata falsa professio- *est errare. Dec. d. 9. p. 250*  
ne publicā degenerare queat (vide thesin Bellarmini: *Ecclesia non*  
*potest errare ullo modo, lib. 3. de Eccl. c. 3.*)

XCIX.

At verò, si tam tuta est Ecclesia visibilis à seductione, cur præ-  
dicat Christus, multos à falsis doctoribus seduci? v. 12. unde pericu-  
lum obicitur electis, qui se semper intra gremium veræ Ecclesiæ cō-  
tinent.

C.

Nōne defecit Ecclesia Israëlita, duce summo sacerdote, ad  
cultum idolatricum viruli aurei, Exod. 32? Annōn tempore Eliæ  
tota Ecclesia visibilis ita degeneravit, ut de electis ne quidem Pro-  
pheta aliquid certi constaret, 1. Reg. 18? Nōne ejusmodi corru-

deplorat Elaias c. 1. v. 6. à planta pedis usq; ad cervicem non est san-  
ctus: Et Paulus de Galatis, c. 3. O insensati Galatæ, quis vos fasci-  
navit obedire veritati? Expende etiam Esa. 56. v. 10. 1. Reg. 22 & sta-  
tum Ecclesiæ tempore Christi. Matth. 16. & 23.

## C I.

Certè collavies quædam errorum inundavit totam Ecclesiam  
superiorum temporum, juxta præsentem prædictionem: Nilomi-  
nus autem conservavit Deus electum semen suum per baptismum  
& simplicitatem fidei, non secus, quàm tempore Eliz septem mil-  
lia præter Prophetæ spem conservata sunt.

## C II. 116

*Ecclesia elec-  
torum potest  
cõservari et  
tam sub cor-  
ruptissimo  
ministerio  
publico.*  
p. 116. r. p. 65.

Negat hoc Papista, posse sub Ecclesia, quoad exercitia & pro-  
fessionem publicã corruptissimã, contineri verã Ecclesiam sancto-  
rũ: sed hoc sine negant, quia nos volunt ad absurdũ redigere; Aut  
Romana Ecclesia ante Lutherũ fuit vera Ecclesia, aut vera Ecclesia  
prorsus nulla in orbe terrarum mansit superstes: posterius autem  
absurdũ, propter promissionẽ Christi, Matth. 16. v. 18. Ergo & prius.

## C III.

At verò negationi pontificiæ opponimus præsentem consolati-  
onem Christi, quodd etiam in corruptissimo statu, & profundissi-  
mis tenebris, electi sint conservandi, qui principaliter veram Eccle-  
siam & congregationem sanctorum constituunt.

## C IV.

Illud eodem ratione fieri oportet, quã, ut dixi, septem millia  
à Deo conservabantur, publice omnia Baaliticis cultibus obruenti-  
bus: videlicet, & per gratiam Dei puriores fuerunt aures labiis sacer-  
dotũ, & lectio textus Biblici, & allegatio primariorũ dictionũ, apud  
auditores non caruit efficacia, & multi in infantia, statim à regenera-  
tione baptismi, beatæ triumphantium Ecclesiæ aggregati sunt, ante-  
quam seducerentur, Sap. 4. & Martyrium constans professio non so-  
lùm vox fuit ipsius orthodoxæ Ecclesiæ, sed simul alios in vera fide  
ædificavit & confirmavit, & plurimi in mortis agone, oblii omnium  
eorum, quæ sunt papatus Romani propria, ordinum, meritorum,  
jesuniorum, operum suorum, indulgentiarum, in solam mediato-  
rem fiduciam suam collocarunt, clamantes cum Davide: *Miserere  
meis & ne memineris delictorum juventutis mee, Psal. 25. V. 51.*

## C V.

*de hereticis*

Exceptione quædam hic utitur Stapletonus ex textũ, quã in-  
frã vi

frā videbimus: nunc cum consideratione ultimorum temporum à <sup>frā capitali</sup> Christo proposita, proximè coheret quæstio: *an sit legitima ratio ob-* <sup>supplicio ob-</sup> <sup>ficandis</sup> *hærendis hæresibus, si supplicio capitali è medio tollantur Pseudodoctores.*

## CVI.

Fideliter hoc loco in medium consulit Dominus; vehementer etiam exaggerat periculum, quod Pseudochristi Ecclesiæ veræ & fidelibus intentant: Cavere autem, non sævire, aut gladio animadvertere jubet: sed bis dicit: *nolite credere, nolite loqui*: hæc si Christiani fecerint, singuli secundum vocationem suam, injunctam circumspeditione & vigilantia satis sunt defuncti; (vide Decad. 2. disp. 4. th. 68.)

## CVII.

Dictum Christi: *ubicunq; fuerit cadaver, ibi colligentur aquilæ* <sup>Fundamen-</sup> <sup>tum consor-</sup> <sup>dia Christi-</sup> <sup>ana.</sup> (extra controversiam congregationem fidelium ad ipsum notans) unicum fundamentum veræ societatis, concordiæ & pacis fraternæ monstrat, nempe Christum, h. e. veram ipsius agnitionem, in unitate spiritus sincera fide apprehensam.

## CVIII.

Lōgè aliæ viæ ad tollenda dissidia hodie præscribi solent, secundū quas vindicatio veritatis & gloriæ divini in medio relinquenda, cuilibet *ἀρεῶς* quilibet credendi & docendi permittendum, atq; nihilominus fraterna conversatio in verbis & factis colenda videtur.

## CIX.

At verò, *quicumq; cum Christo non est, contra ipsum est*: *Et qui cum ipso non colligit, dispergit, Luc. 11. v. 23.* Quæcunq; ad Christum, & in Christo, non congregantur aquilæ, dispergantur potius, quam congregantur. In una fide & discreta sinceritate doctrinæ consentire oportet, qui sub Christo capite unum corpus constituere, ipsiusq; spiritu in Christiana charitate firmiter coalescere volunt.

## DE ABUSIBUS,

## CX.

Restat, ut breviter ostendamus, quomodo quibusdam depravationibus nostri textus occurrendū sit: unde apparebit, eadem illa dicta, quæ evidentè contradicunt adversariis, sicut hæc temerè occasione instituti indicatum est, ab ipsis contra nos detorqueri.

## CIX I.

Intelleximus, pontificiam alligationem beneficiorū Christi ad <sup>Abusum ad</sup> <sup>Romano. ca</sup> ecclia loca & claustra perstringi verbis Domini: *hic est Christus, et* <sup>licet</sup>

*cholicam Eclesiam.*

*Et in deserto est Christus: nihilominus Papistæ ex iisdem verbis suam Ecclesiam commendare audent pro ea, quæ sola sub cælo sit vera Ecclesia, cui soli etiam nomina, titules & dignitas Catholice Ecclesie competat.*

CXII.

*Ita enim ratiocinantur: Vera Ecclesia est, quæ Christum nõ hie aut illic proficitur, sed quæ ubiq; & per omnes gentes Christi fidem docet. Sola Romana Ecclesia talis est, videlicet quæ longè latèq; sese per omnes gentes, etiam ad extremos Indos, diffundit: Ergò sola Romana est vera & verè Catholica Ecclesia; quod nomen, etiam hæretici illi tribuere coguntur (Staplet. Cathol. part. 1. pag. 302. & seqq.)*

CXIII.

*Vicissim verò: Ecclesia, quæ hie & illic non proficitur Christum, falsa, hæretica & à Christo reprobata est: Lutheranorum talis est: Si enim Wittenberga, Lipsia, Magdeburgi ad solos Melanchthonicos seu Electorales Theologos transeundum esset; si in superiori Saxonia, ut Lubeca & Hamburgi, &c. sola Ecclesia tenent rigidi Lutherani & Ecclesia Saxonica: si in Ducatu Witebergenfi, soli ubiq; nati: si in Prussia, soli Osiandriani, &c. (sunt verba Staplet, ibidem.)*

CXIV.

*Resp. Propositio de locali ubiq; tate veræ Ecclesie, actu tali, nempe quoad multitudinem & splendorem, quoad publicam professionem & liberum exercitium acceptâ, falsa est. 1 Non competit Ecclesie ab ipso Christo; non Ecclesie primitivæ ab Apostolis plantatæ; non convenit Ecclesie ultimorum temporum, in nostro Evangelio descriptæ; non ipsi Romanæ hac nostra ætate: Quotquot enim regiones Stapletonus hæreticis conventiculis tribuit, Helveciam, Britanniam, inferiorem Saxoniam, Prussiam, Ducatum Wirtebergicum, Silesiam, Moraviam, pag. 304. tot detrahit amplitudini Romanensis Ecclesie. Præterea ipsimet suam Ecclesiam non mundanam à toto mundo, sed Romanam à sede Romanâ appellant: & perpetuitatem ipsius à locali & personali successione deducunt.*

CXV.

*Quomodo Ecclesia Evangelica Verè sit Catholica.*

*Interim verè Catholica est & manet nostra Ecclesia veritati Evangelicæ addicta, 1 quia proficitur Catholicam doctrinam ab Apostolis in universo mundo annuntiatum, 2 quia neq; Prussie neq; Saxonie alligata est, sed in gremium suum admittit, in universo orbe, omnes, qui veritatem à se non repellunt, 3 quia unitate Spiritus, fidei & charitatis firmiter coheret cum illis membris, quæ sub ipso Papatu,*

papatu, & aliis lectis, scripta Apostolorum profitentibus, per bap-  
tismum & simplicem agnitionem symboli Apostolici, Evangeliorū  
Dominicalium & insignitū dīctorū scripturā, ad salutem æter-  
nam vivificantur Nullibi enim verbū DEI sine omni fructu cadit;  
nullibi omni odore vitæ caret, Esa. 55. 2. Cor. 2. nullibi omne se-  
men in petram & lapidas cadit Luc. 8.

CXVI.

Similiter quibus Dominus latibula monastici Cleri inlestat  
est, eadem Stapletonus ed rapit, quod vera Ecclesia semper debeat  
ubiq; publice nota, & ut, comuniter loquuntur, *est ut as supra montem*  
*posita esse, ita ut cathedra & templa publicaq; exercitia digito de-*  
*monstrari queant quia Christus docuit Christū cū sua Ecclesia, non*  
*esse querendum aut agnoscendum in deserto & penetralibus etiam si*  
*ibi demonstratur.*

*Abusus s. 102.  
quod Verā  
Ecclesiam  
semper pub-  
lico exercitio  
notam esse  
oporteat.*

CXVII.

Præcipue hac præensione confundere vult doctrinā nostrā de  
Ecclesia invisibili, certo respectu ita dicta, & quod orthodoxa Ec-  
clesia sub tyrannide regni Antichristiani superioribus seculis latitā-  
rit, hoc est, non desierit quidem prorsus, sed tamen publica libertate  
cultus, confessionis & congressuum solemnium, à pressura perfec-  
tionis ut plurimū defraudata sit exceptis martyrum & confessorum  
exemplis, per quæ interdum emicuit, quodq; adhuc conservationē  
caelestis exercitū attendentibus demonstravit.

CXVIII.

Huc spectant illa: *heretici hodie, quia suam Ecclesiam ante hæc*  
*tempora ascendere non possunt; quia nullum pastorum successionem pro-*  
*ferre queunt; quia nulla religionis suæ templa, nullas cathedras, nulla loca*  
*conspicua designare valent; docent absurdissime, veram Ecclesiam Christi*  
*esse multitudinem latrantem & fugientem conspectum hominum, perfe-*  
*cuttionem SEMPER pati, & esse SEMPER sub cruce. Sed tota hæc blasphe-*  
*mia hereticorum hodie imaginatio in his Christi verbis (Ecce in deserto)*  
*& , prædicatur & disertissime refellitur, pag. 207.*

*ubi Ecclesia latet, ante hæc tempora  
ubi Heretici & latet.*

CXVIII.

Respondemus autē: calamina est, quod nostrā opinione Eccle-  
sia SEMPER lateat, SEMPER persecutionem patiatur, nisi tolerere  
accipias de hominum ignorantia, quæ veros fideles ab hypocritis  
discernere nequit, aut persecutionem generaliter accipias de  
perpetuo odio mundi, juxta 2. Tim. 2. v. 19. Johanne. 15. v. 19. 2.

Tim. 3. v. 12. Act. 14. v. 22. Confunditur status afflictus Ecclesie cum felice & florente, vel secundum metaphoram notam, propter plenilunium interdum apprens, negatur decrementum ad occultationem usque. Antequam dominaretur Antichristus magus & alii, Ecclesia Apostolica habuit sua templa & cathedras, habuit etiam sua concilia œcumēica & provincialia contra hæreticos, quod ex historia Ecclesiastica priorum centuriarum notum est: nunc etiam, excusso iugo Antichristiano, plurimis in locis ostendit sua templa, suos Pastores & Antecessores. Quemadmodum aprem latentem & fugitivam nostrā Ecclesiam describimus sub papatu: ita multi latuerunt tempore Christi, Ioh. 3. v. 27. v. 13. 12. v. 42 43 latuit & fugit ipse Christus, Ioh. 7. v. 10, 11. v. 54. Matth. 2. v. 13. 22. Magi, Matth. 2. & Apostoli, Act. 9. & 17. Fugit in desertum ipsa Ecclesia, Apoc. 12. v. 6.

CXX.

*An successio  
ordinaria sit  
nota vera  
Ecclesie.*

Adhæc idem Stapletonus de Eccles. controv. 1. q. 4. art. 2. ita infert: *Iubemur potius cavere nobis à Pseudoprophetis, quam à falsa doctrina, quia successio Doctorum ordinaria, quæ quidem sine vera doctrina esse nequit, ea tamen notior est; ideoq; genuina nota Ecclesie.*

CXXI.

Resp. N. V. Conseq. propter fallaciam causæ idè Pseudodoc-  
tores fugiendi sunt, quia aliàs falsa doctrina caveri nequit, si illos  
suscipiamus & audiamus. Hoc quidem verum est, quando constat  
hunc vel illum esse Pseudoprophetam, facilius eum digito alii notis  
ficari posse, quàm omnia & singula capita fallæ ejus doctrinæ: reve-  
ra tamen primò & simpliciter Pseudoprophetæ non sunt notiores,  
quàm doctrina, quia à falsa doctrina Pseudoprophetâ primò judi-  
cari & inotescere oportet: quod Christus hoc loco satis inuit, fugite  
Pseudochristos; quales & quando? *Quando dixerint, hic vel illic est  
Christus, hoc est, quando Christum aliter, quam secundum verbum  
ipsius docuerint.* Pharisei ex ordine sups Antecessores secuti erāt,  
& tamen successio illorū cum fermento seu falla doctrina cōjuncta  
fuit, Matth. 16. & 23.

CXXII.

De loco & plaga mundi, ex qua Christus in novissimo suo redi-  
ditu ad nos accessurus sit, nimis audacter pronunciant aliqui (inter  
cætera vers. 27. prætextentes) aliàs ferè tantū localia de Christo ho-  
mine, etiam post ipsius exaltationē, somniantes. Bellarminus lib 3.  
de cultu sanctorū, c. 3. scribit: *Christus ad judicium venturus creditur*

ab orie

*2. ann. 2. ind. v.  
p. 20. 8. 9.*

*In qua pla-  
ga mundi  
Christus ad  
judicium ap-  
pariturus sit*

ab oriente : nos igitur ad orientem precamur, quasi venturum iudicem expectantes. Scholastici apud Lomb. lib. 4. distinct. 48. vellem Iosaphat iudici destinarent. Timpius in rituali germ. cap. 12. pag. 225. cur templa Christianorum, ut & altaria spectant versus orientem ? Quia Christus creditur ad iudicium rediturus ab oriente : Dicit enim : sicut erit fulgur exiit ab oriente. & apparet usq; ad occidentem : ita erit adventus filii hominis, sed precamur versus orientem, tanquam venturum iudicem pressolantes. Similiter sibi placet Cæsar, in disp. quadam Marpurgi de adventu Christi habita, thesi 26. Ex qua cæli plaga venturus sit iudex, etsi incertum est, quemadmodum tamen probabile est, quod non in Antipodum, sed nostro Hemisphærio appariturus sit : ita nec absolum est credere, rediturum ex illa cæli parte, per quam elevatus est, ut cognoscamus, esse eundem, qui ascendit, non alium, & habere non aliud, sed idem adhuc corpus.

CXXIII.

Resp. 1. Imò absolum est credere, quod non expressa patefactione verbi, sed tantum dubia & inepta conjectura nititur, Rō. 10. 2 Ergo Antipodibus non apparebit iudex, nisi tum demum, quando in hoc nostrum hemisphærium ascenderit? fortè quod illi non habent orientalem plagam, sicuti nos? ; sic redibit, non hie, ubi vidistis etas, ὅτι τρέπαρον non ἐν πύθων dixerunt Angeli Act. 1. v. 11, ideoq; actus Ascensionis talem probabilitatem non præbet. 4 Numquid de vero corpore Christi non satis constaret, si ex alia cæli plaga, quam ab oriente reverteretur? Atqui scriptura prædicit: videbunt, in quem pupugerunt, Zach. 12. v. 10. Joh. 19. v. 37. & persuadeant prius Philosophis, contra quotidianas observationes: Fulgur non esse, nisi quod ex oriente versus occidentem progreditur.

CXXIII.

Nos etiam si modum & locum exiremi reditus præcisè cognitum non habeamus, quia scriptura tacet: tamen neq; de certitudine adventus, neq; de veritate humanitatis, sed & neq; de majestate filii hominis, quam alii abnegant, isto reditu manifestanda dubitabimus: sed potius continebimus nos modeste intra dicta, 1. Thesi. 4. v. 16. Act. 1. v. 11. Matth. 24. v. 30. 26. v. 64. Rom. 14. v. 10. 2. Cor. 5. v. 10. atq; interea temporis, que oculis non dum intuemur, promissionibus verbi firmabimus; ita ad Christum ubiq; locorum manus nostras & corda elevantes, 1. Tim. 2. v. 8. Col. 3. v. 1. ut de perpetua ipsius nobiscū præsentia, Math. 18. v. 28. nequaquam hæsitemus

## CXXV.

Abusus con-  
tra praesentiam  
Christi.  
Calv.  
Lect. an. h.  
p. 166.

At verò hic quasi agmine facto, reclamant nobis Topici Theologi, obdurati, in illa opinione, atro quasi calculo notare Christum eos, qui ipsius praesentiam universalem in terris, & realem unionem corporis ejus cum pane manducato in caena profitentur: Bucerus affirmat: *Nulls firmius ex hoc loco* ( si quis dixerit, hic est Christus aut hic, credatis ( colligunt, quam qui praesentiam Christi carnalem in pane oppugnant. Olevianus ad Eph. 4. *seebat Christus* ( vaticinans Matth. 24. ) *mundum esse propensum ad idolatriam, idè monuit, ut Ascensionis articulum retineamus, ut sciat Ecclesia, quò debeat dirigere suam invocationem*: disputat autem contra praesentiam corporis Christi in terris supra dictus Casar, hel. 24. *intelligit* ( verba Domini: hic est Christus ) *de praesentia corporalis ante adventum secundum: nam spiritu, virtute, auxilio & solatio nunquam suos deserit*. Sic nostrum textum omnipraesentiae Christi opponunt terè omnes, Bucerus institit, pag. 276. Martyr contra Gardinerium, part. 1. object 9.

## CXXVI.

Hac in parte Calviniani imitantur Jesuitas, de quibus antea ostensum est quòd praedictione Domini suis dogmatibus opposita, tanquam sibi optimè faventem, nobis objiciant. Debuissem enim nostri adversarii concludere: Nalli certo loco Christus vel corpore, vel spiritu & gratia est adstringendus. E. neq; in caelo certo loco adstringendus est. Cæta igitur audacia est in ipsorum retorsione.

## CXXVII.

Si autem firmo pede procederet consequentia eorum, jam neq; omnipraesens Deus in necessitatibus erit expectandus, contra promissionem, Plal. 91. v. 15. non in igne aut mari, contra Esa. 43. v. 2. Christus & spiritus sanctus non inhabitabunt corda fidelium, Eph. 3. v. 17. 1. Cor. 6. v. 29. sic non erit demonstrandus Christus supra in caelis Col. 3. v. 1. in dextra Dei. Act. 7. v. 56. Eph. 4.

## CXXVIII.

Committitur igitur elenchus oppositorum: male opponuntur visibilib & solennis reditus Domini & praesentia invisibilis quae utraq; à scriptura expressè proponuntur, neq; invicem revera pugnant. Non simpliciter hic & hic damnatur, quod jam modò de dextra patris dictum, & ex aliis promissionibus planum est: hic &

illie

illic non debet demonstrari Christus, extra & præter verbum, 3, loquitur hoc loco textus de totius regni Evangelicæ gratiæ, & de Christo toto, sine expressa mentione carnis, 4 præterea descriptio Pseudochristorū, à lignis & pdigiis eorum, in nos non quadrat. E. neq; reliqua immediatè coherentia. Ideo hæc verba ab Aretio papistis, à piscatore Teudæ accommodantur.

## CXXIX.

Propterea articulum de Ascensione Christi firmiter retinemus, sed secundum propriam explicationem scripturæ, præsentiam tantò certius nobis poslicemur, quia ascendit, ut omnia impleret, Ephes. 4. v. 10. præsentia quoq; humanitatis, quæ, vi indissolubilis unionis, à xpo nullibi abesse potest: non tamen carnali aut corporali, quemadmodum adversarii nobis Capernaïci modi connotationem per calumniam affingunt.

## CXXX.

Sed adhuc restat alius abusus, quo ita nobis occurrunt: Im-  
possibilè est, ut electi seducantur, juxta verba Christi, Matth. 24. v. 24. Ergò falsa est doctrina, quo statuitur. Renatos verò tales es verè in gratiam Dei receptos, iterum Spiritum Sanctum, veram fidem & spem salutis amittere posse.

## CXXXI.

ix. Ad deprehendum vitium consequentiæ, recurrendum est ad ea, quæ supra dicta sunt, de fundamento hujus impossibilitatis, quodq; perieverantia electorum non sit absolutæ necessitatis, sed ad constantem observationem mediorem salutis adstricta, Col. 1. v. 23. 2. v. 7. Heb. 3. v. 6. & 14. 2 impossibilitas hæc quoad electos, tantum de finali seductione, & apostasia intelligenda est, propter instantias in Aarone, Davide, Petro & aliis manifestas.

Non valet conseq. ab electis ad renatos, de quibus ex perspicuis testimoniis constat, quod non tantum ad tempus seduci, sed nonnulli prorsus perire possint & soleant,

2. Pct. 2.



# INDEX HUIUS DECA.

INDEX HUIUS DECA. SECT. E.

## A.

- A**binatio desolationis quid sit 2. 10. 38.
- A**bolutio privatae vindicatur, 4. 54.
- A**bsolutum decretum electionis & reprobationis rejicitur 1. 23. 7. 101.
- A**bsinentia Gnosticorum 2. 116.
- A**ctiva obedientia Christi est meritatoria, 3. 67.
- A**loranti blasphemia de filio Dei, 5. 27.
- A**liena fides non salvat, 4. 118.
- A**nabaptista refutantur, 2. 105. 3. 91. 148. 5. 10. 7. 83. 8. 80. 102. 103.
- A**ntichristus est Papa, 10. 67.
- A**ntinomii refutantur, 3. 110. 7. 4.
- A**rticulos fides scrutari licet, 6. 3.
- A**stra non inclinant ad bella, 5. 118. 10. 59.
- A**UTOPOVICIA damnatur, 3. 105.

## B.

- B**eati in caelis se invicem agnoscunt, 1. 26.
- B**ella non pendunt ab astris, 5. 118. 10. 59.
- B**laphemis species, 4. 81.
- B**laphemia Calvinianorum & Jesuitarum, 4. 85.
- B**ona terrestria quomodo Deo reddenda, 8. 155.
- B**onorum Ecclesiasticorum, legitima administratio, 8. 160.

## C.

- C**alviniani judicantur doctrina de Sabbatho, 2. 42. graves errores fovent, 3. 35. 4. 85.
- C**alviniani refutantur, 2. 42. 85. 90. 3. 22. 18. 29. 31. 117. 119. 145. 164. 4. 54. 85. 106. 108. 113. 5. 11. 23. & seq. 109. 134. 6. 16. 7. 36. 101. 8. 40. 9. 53.
- C**anonica hora, 6. 103.
- C**apitula supplicia legitima sunt concessa, 8. 196.
- C**arnificina suspensio superstitiosa, 3. 102.
- C**haritas non est forma fidei, 3. 75. Eius opus unicum est meritatum, 3. 56. 178. 4. 115.
- C**hristiana refutantur, 10. 81.
- C**hristum constat duabus naturis, 3. 154. est Deus

- et Deus, 1. 34. 2. 89. 4. 106. 6. 37. Verus Messias, 8. 25. liber vita, 5. 46. etiam quia homo omnipotens, 1. 31. 2. 90. 3. 199. 4. 106. 9. 31. omnis, 8. 24. 10. 47. omnipotens, 4. 113. adorandus, 4. 108. 6. 16. 9. 25. Eius sessio ad dextram Dei, 3. 169.
- C**hrisus non dedit legem perfectiorem, 3. 93. 8. 18. an fuerit contentor pecunia, 8. 27. Eius activa obedientia est meritaria, 3. 67. meritum etiam recte fuit efficax, 4. 5.
- C**ana Dominica mutilatio, 1. 125.
- C**olloquia privata de Religione nunc publicare liceat? 2. 85.
- C**ommunicatio idiomatum in Christo est realis, 3. 164. 4. 154.
- C**ommunio bonorum non est necessaria, 8. 103.
- C**oncilia possunt errare, 8. 3. concilii decisio non semper expectanda, 3. 29. 8. 8.
- C**oncordia Christiana fundamantum, 10. 107.
- C**oncupiscentia in reatu proprio est peccatum, 3. 70. 4. 86. 63.
- C**onfessio omnium & singulorum peccatorum rejicitur, 4. 67.
- C**onjugio sacerdotes non sunt prohibendi, 5. 99.
- C**onversatio cum infidelibus, 2. 83.
- C**onversio in diebus festis, 2. 114.
- C**orycais munere an quis fungi possit, 2. 132. 5. 112.

## D.

- D**anielis prophetia est scriptura canonica, 19. 29.
- D**ebitorem de iura non excusat egestas sua culpa contracta, 7. 15.
- D**ebitores quomodo sint peccatores, 7. 54.
- D**ialogus discipulo, 3. 117.
- D**eferre delicta aliorum ad superiores licet, 5. 112.
- D**eus vult omnes homines salvos fieri, 5. 58. ut a seculis etiam originali peccato, 7. 23.
- D**ignitas omnium non est eadem, 2. 105. 149. 8. 103.

Dispo

# INDEX HUIUS DECADIS SEXTÆ.

Dispositiones meritoria reiciuntur, 4. 127.  
 Disputare licet de articulis fidei, 6. 3.  
 Disputationes non præcisè requirunt formas syllogisticas, 3. 24.  
 Dominicus dies in locum sabbathi successit, 2. 28. de illo rigor scholasticorum, 79.  
 Dubitatio pontificia consumatur, 4. 46.

## E.

Ecclesia qualis sit regnum, 5. 93. nulli loco alligata, 10. 58. potest errare, 10. 98. est catu sanctorum, 5. 127. columna veritatis & quomodo, 10. 19 non deficit prius, etiam si publica cathedra hæretici occupent, 3. 39. 10. 102. 116. visibilis constat bonis & malis, 5. 125. quomodo sit invisibilis, 5. 134.  
 de Ecclesia certum esse an sit necessarium, 5. 110.  
 Ecclesia tenetur sustentare ministerium, 8. 157.  
 Electio ad salutem quid, 5. 91. est æterna, 11. dista fert à proposito Dei, 16. à posteriori iuecanda, facta est cum præcognitione fidei, 3. 4. gra- su, 41. in & per Christum, 41. per fidem, 49.  
 Electionis etymon, 5. 4. synonyma, 9.  
 Electi sunt pauci, 5. 70. uude, 83. non extra Ecclesiam quærendi, 107. soli Deo noti sunt, 133. eorum certum est numerus, 10. 89.  
 Electis non solis competeret remissio peccatorum, 4. 148.  
 Emseri glossa reijcitur, 7. 104.  
 Eremiticam vitam quanti Christus fecerit, 1. 96.  
 Errare legere & nodis licet, 8. 22.  
 Erroras Calvinianorum non sunt leues, 3. 35.  
 Evangelium omnes vocat ad salutem, 5. 86. E- jus & legu harmonia, 3. 113.

## F.

Fides est fiducia, 4. 29. aliena non saluat, 118. an tantum futura credat, 4. 43. quatenus iustificat, 6. 29. non est sine bonis operibus, 6. 31. excludit dubitationem, 5. 165. 6. 32. est in- uicui instrumenti apprehendendaru promissionu, 9. 58. infirma non est dubitatio, 6. 35.  
 Fidei diuersa significata, 6. 25. proprietates, 6. 28.  
 Fides paralytica obiectum, 4. 26. iustificantiu obiectum, 4. 37.  
 Fidelium infantes non nascuntur in gratia Dei, 5. 109.

Forma syllogistica non præcisè sunt necessaria in disputationibus & colloquiis, 3. 24.  
 Fuga legitima licita est, 10. 49.

## G.

Gestus etiam externi regantur à pietate, 2. 108.  
 gestus pii præstant operibus monasticis, 2. 109.  
 Gnosticorum abstinentia, 2. 116.

## H.

Hæretici diuersi sæpe collidunt contra Veritatē, 3. 20. pauciores errores defendentes nondum sunt fratres nostri, 3. 31. an capitali supplicio tollendi? 10. 105.  
 Hæreses etiam scriptu non sunt refutanda, 4. 82.  
 Herbormenses refutantur, 3. 67.  
 Honor non omnibus æqualis debetur, 2. 105. 149. 8. 103.  
 Hora canonica Papistarum, 6. 103.

## I.

Idiomatum communicatio in Christo est realis. Idolum quid sit, 8. 74. (3. 164).  
 Iesuitarum schola fingenda, 8. 12.  
 Imagines an per se prohibita sint, 8. 36. aut qua- tenus, 42. earum usus in templis, 45. est licitus, 56. earum cultus pontificis reijcitur, 63. qualis ille sit? 69.  
 Impi an ceremonias sepultura Christiana afficiendi, 1. 76.  
 Impossibilia cur lex diuina exigat, 7. 17.  
 Indigni quomodo in cœna edunt corpus Domini, 5. 138.  
 Indulgentia papales reijcuntur, 5. 116.  
 Infantes fidelium non nascuntur in gratia Dei, 5. 109.  
 Intentio propria Deo non probatur, 8. 130.  
 Ira Dei aduersus peccatum originale, 7. 23. bie- fariam accipitur ira, 7. 33.  
 Index controversiaru est sacra scriptura, 3. 2.  
 Iudicare doctrinam cuiuslibet licet, 8. 10.  
 Iudicium extremum certu futurum est, 7. 8.  
 Ius suum coram Magistratu persequi licet, 8. 102.  
 Iustitia Dei declaratur etiam in Electis, 5. 32.  
 Iustitia fidei vindicatur, 3. 183. 5. 142.  
 Iustificatio operum reijcitur, 3. 76. 7. 119.  
 Iustificatio nostra est quasi iudicialis actus, 7. 76.

Lecti

# INDEX HUIUS DE CADIS SEXTIA. I

- L.
- Lectio** scriptura qua requiritur, 10, 21.
- Lex** adhuc docenda est, 7, 14, est exactior debitorum nostrorum, 7, 5, pro iure domino, non secundum imbecillitate nostram flagitat, 19, etur impossibilis exigat, 17, atrocitate peccati ostendit, 21.
- Leges** perfectiorem Christum non dedit, 393, 8, 18.
- Leges** forentes Moysi sunt abrogatae, 8, 95.
- Leges** civiles quatenus obliget conscientiam, 8, 146.
- Leges** & Evangelii harmonia, 3, 113.
- Legum** usus, 3, 114, 6, 4, eius impletio renatus est impossibilis, 3, 43, 7, 3, 8, 113.
- Liber** vita est Christus, 5, 26. (In 1, 1, 97.)
- Liberi** propter Monachiam non deserant parentes.
- Liberi** uelut impugnantur, 1, 35, 5, 151, 7, 111.
- Longa** edita praecogitata, 1, 54.
- M.
- Magistratus** non adhaeret Christianum, 6, 19, 8, 80, habet potestate contendit leges civiles, 8, 94, non dominetur conscientiam, 137, nec ministerio Evangelico, 149, potest concedere libertatem alienam elponit, 142. (V. 11)
- Magistratus** dignitas a papistis imminuitur, 8.
- Magistratus** civilis subiacet eius Clerici, 8, 117, & quidem, 118, incumbit curae rectorum Ecclesiasticum, 120, ut & Socio ministeriorum verbi, 123.
- Mali** noticia, quae noticia, non nocet, 8, 12.
- Manichaei** refutantur, 3, 112.
- Martyr** non est religioe colenda, 3, 174. (4, 74.)
- Medicus** an debeat sanare humum non dicitur tantum.
- Mendacium** omne an Moses prohibuerit, 8, 18.
- Meritum** Christi etiam retro fuit efficax, 4, 3.
- Merita** Sanctorum pro alio nulla sunt coram Deo, 4, 123, sic etiam propria merita nulla, 5, 116, 159, 8, 135.
- Miseria** non sunt opera charitatis, 5, 56.
- Missas** veteres iam dudum sonis, 8, 55, 10, 46.
- Ministerii** Evangelici necessariae, 103.
- Ministerio** verbi an liceat medicum facere, 3, 92.
- Mirabilia** Satanae differunt a veris miraculis, 6, 49, quo sensu dicantur falsa, 50.
- Miracula** quid sint, 6, 47, an sint nota Ecclesia, 46, mendacia papistarum, 1, 127.
- Miracula** an & quomodo petere liceat, 6, 55, an recedat nobis respirant papista, 6, 64, 10, 72.
- Misericordia** Dei non est abijuncta, 7, 122.
- Monarchorum** retractas, 2, 117, eorum & Papa superbia, 2, 111. (rendh, 1, 97.)
- Propter** Monachorum parentes non sunt deserta.
- Mors** non habuit locum ante peccatum, 1, 111.
- Mortui** non audiuntur de religione, 1, 101.
- Mortem** naturam an exoptare liceat, 1, 41.
- Mortis** immatura utilitates, 5, 1.
- Mutilatio** cana commissa, 1, 121.
- N.
- No** Sattani resuratur, 7, 71. (Christus, 8, 30.)
- Numerosa** census eius sibi demonstrari voluerit.
- Nuptialis** Vestis Math. 23, quid sit, 5, 71.
- O.
- Obedientia** Christi unde meritoria, 7, 63, etiam ad obediendum ad meritum, 3, 67, 7, 56.
- Objectiones** Anabaptistarum, 2, 149, Calvinianarum, 3, 109, 4, 140, 143, 148, 154, 6, 89, 97, 10, 105, 130, Noctationum, 4, 137, Papistarum, 1, 103, 118, 121, 124, 127, 131, 138, 142, 3, 178, 183, 4, 115, 118, 123, 125, 127, 130, 5, 142, 147, 151, 157, 159, 165, 181, 172, 192, 6, 71, 84, 100, 103, 7, 106, 113, 115, 119, 9, 72, 80, 82, 85, 89, 10, 111, 116, 120, 130, 131, 132, 138, 145, 155, 7, 122.
- Objectiones** fidei iustificantis, 4, 37.
- Opera** non bonorum necessitas, 7, 57.
- Opera** non iustitiae, 3, 76, 7, 110, supererogationis nulla sunt, 3, 61, 8, 129. (115, 7, 61.)
- Opus** charitatis non est meritorium, 3, 56, 178, 4.
- Opponere** licet etiam respondenti, 3, 143.
- P.
- Papa** primatus refutatur, 8, 134. Papa & Monachorum superbia, 2, 111.
- Papistae** refutantur, 1, 25, 26, 97, 101, 11, 79, 109, 117, 117, 111, 124, 126, 39, 43, 56, 61, 70, 77, 93, 103, 143, 174, 17, 8, 13, 20, 21, 29, 37, 46, 67, 85, 86, 109, 1, 93, 99, 160, 110, 124, 134, 172, 1, 31, 32, 46, 64, 111, 110, 34, 61, 78, 91, 104, 111, 3, 27, 83, 113, 129, 128, & seq. 12, 62.
- Peccata** non omnia sunt aequalia, 5, 137.
- Peccata** atrocitas unde astringenda, 7, 21.
- Peccatores** securi non sunt fidei, 5, 165, unde debitorum dicantur peccatores, 7, 14.
- Pecunia** contemptua, 8, 27.
- Pelagiani** refutantur, 3, 89.
- Phoensiani** refutatur, 1, 34, 2, 34, 3, 93, 114, 118, 4, 43, 100, 7, 23, 84, 8, 18, 106.
- Pietas** etiam gestus externos moderetur, 2, 108.
- Pena** finis cuius culpa remittitur, 7, 78.

# INDEX HUIUS DECADIS SEPTI.

*Penitentia non est Sacramentum*, 4, 13.  
*Polemizarum scriptorum usus*, 3, 16.  
*Pontificius clerus non immerito observatur*, 2, 128.  
*Preces pro defunctis*, 1, 124.  
*Processio cum sacramento*, 1, 103.  
*Providentia Dei etiam minutiora observat*, 2, 107. 6, 42.  
*Purgatorium confunditur*, 4, 109. 7, 115.

## Q.

*Quies externa quomodo ad sabbathi sanctificationem pertineat*, 2, 59.

## R.

*Reconciliatio perfecta secundum Pontificios*, 7, 106.  
*Redargutiones generales recte instituuntur occasione personalium casuum*, 2, 145.  
*Religio non est discenda a mortuis*, 1, 101. non per gladium propaganda, 8, 143. de illa colloquia privatum publicare liceat, 2, 85.  
*Reliquia quomodo in papatu colantur*, 9, 93.  
*Remissio peccatorum relapsis in securitatem tractatur*, 7, 91. non est dispensanda in nomine Sanctorum, 4, 8. est prorsus gratuita, 21. non competit solis electis, 14, 8.  
*Renati gratia Dei iterum excidere possunt*, 4, 143. 7, 86.  
*Reprobationis causa est in homine*, 5, 23.  
*Reprobatio absoluta reicitur*, 5, 23. 7, 101.  
*Rituum papisticorum prae textus*, 1, 118.  
*Resurrectio mortuorum*, 1, 2. est opus divinae majestatis, 30. certo futura est, 6. est universalis, 16. in illa quilibet recipiet suos, 24.  
*Resurrectio quorundam in hanc animalem vitam*, 1, 36.  
*Resurrectio seminarum adstruitur*, 9, 5.  
*Resuscitati se invicem agnoscent*, 1, 26.

## S.

*de Sabbatho quaestio etiam olim controversa*, 2, 3. aniles gerra Rabinorum, 4. & 37. lex Moysi ex parte tantum moralis fuit, 2, 19. Opinio Photinianorum, 34. Elionitarum, 40. Calviniiani aliqui judaizant, 4, 2.  
*Sabbathi Moysi fines*, 2, 16. eiusdem abrogatio, 23. succos sit dies dominicus, 28.

*in Sabbatho quadam opera etiam Judaic licita fuerunt*, 2, 5.

*Sabbatum Christianum quae opera decant nec ne*, 2, 7, 4.

*An septimi cujusdam diei sanctificatio sit necessaria*, 2, 45.

*Sacramenta ad salutem sunt efficacia*, 4, 140.

*Sancti non sunt invocandi*, 3, 174. 4, 125. 8, 136. eorum in nomine remissio peccatorum non est dispensanda, 4, 8. merita nulla, 4, 123.

*Satisfactio Christi vindicatur*, 5, 195. unde memoratoria, 7, 63.

*Satisfactionibus propriis non est opus*, 4, 20. 7, 81.

*Scriptura sacra quomodo legenda*, 10, 1. 21. omnibus legenda, 10, 3. est norma doctrinaeonica, 26. iudex controversiarum, 3. 2. ejus verso vernacula necessaria, 10, 8.

*Schola Jesuitarum sunt fugienda*, 8, 12. ut Novatorum, 13.

*Scholasticorum rigor de die dominico*, 2, 79.

*Secularum nomina oportet exprimere*, 3, 22.

*Sententia singula etiam de Auctoris mente constantur*, 3, 145.

*Sepeliendi sunt mortui*, 1, 66.

*Sepultura an jure quidam malefici priventur*, 1, 75. ceremoniis piis an etiam impij afficiendi, 1, 76.

*Spiritus Sanctus est Deus*, 4, 99.

*Stoicorum de virtute refutatur*, 1, 58. fatum, 6, 45.

*Successio personalis pontificia*, 5, 106. 10, 120.

*Supplicia capitalia legitima sunt concessa*, 8, 106.

*Svevenckeliani refutantur*, 3, 90. 5, 103.

*Syncretismus religionum rejicitur*, 3, 28. 8, 15.

## T.

*Testamenti veteris utilitas*, 3, 148. 10, 27.

*Textor refutatur*, 7, 89.

*Traditiones humanae*, 5, 157. 8, 130.

*Trinitatis mysterium*, 3, 173.

## V.

*Verbis expressi postulationem pontificij iniquam putant*, 2, 142. 3, 26.

*Veritas asserenda, etiamsi adversarii non cedant*, 3, 1.

*Vestiu nuptialis Matth. 22 quid sit*, 5, 171.

## INDEX HUIUS DECADUS SEXTÆ

*Veteris Testam. utilitas, 3, 148. 10, 27.*

*Vindictam Magistratus implorare licet, 7, 83.  
8, 102.*

*Vita terminus nulli est absolutè fatalis, 10, 60.*

*Vocatio ad salutem est universalis, 5, 86.*

*Vocatio ministrorum Evangelicorum vindicatur, 5, 147. quomodo ad Magistratum politicum pertineat, 8, 123.*

*Voluntas signi & beneplaciti, 5, 21. antecedens & consequens, 5, 73.*

FINIS.



## BENEVOLO LECTORI.

*Plura quidem obrepserunt errata, sed potiora sunt ista:*

*Disp. I. thes. 22. l. 1. Consentaneum est vero, l. 3. illustre, th. 39. l. 9. cum periculo, 51. l. 15. re-  
 vetti, 55. l. 1. ad minimum, 63. l. 2. nullum, 68. l. 3. pudeat, 77. l. 1. Rituum, 87. l. 1. ille, 89. l. 3. 4. parcm  
 92. l. 2. in potest: 93. l. 3. coactio. l. 9. Evangelico, 94. l. 5. perflendum; 100. l. 4. in istius, 101. l. 6. qui-  
 vis, 126. l. 1. ineptiendi, 127. l. 2. videlicet ex. Disp. II. th. 2. l. 5. occurrerit. 6. l. 10. debebat, 16. l. 1.  
 in illis, 22. l. 4. 5. dele, & ceteris umbris, 28. l. 3. congressuum, 35. l. 2. libera, 40. l. 3. utriusq. Testa-  
 menti festa, atq. sic, 42. l. 5. 6. cum moralibus, 43. l. 3. ad Decalog. l. 5. summa rei, 44. l. 4. judaizare,  
 54. l. 3. 4. notet, 55. l. 1. sententium, 106. l. 3. confessu, 124. l. 7. debent, 139. l. 3. externa, 140. l. 3. aut  
 asseque. 151. l. 2. in ordinatis, 152. l. 2. potestates. Disp. III. th. 11. l. 3. Act. 18. 17. l. 5. astrum, l. 8.  
 hyperaspis, 29. l. 5. esse putant) 30. l. 2. dele per, 60. l. 4. comparamur, 62. l. 1. quidem, Item, super-  
 erogationum, 65. l. 1. scuto; 72. l. 2. 3. impedit, 74. l. 4. astimat, 81. l. 8. Evangelicum, 141. l. 9. praefer-  
 tim, cum orig: 178. l. 3. meritum, 180. l. 8. virtus, 181. l. 3. paradoxum, 185. l. 7. meritorium, 190.  
 l. 5. accend. 199. l. 2. majestati. Disp. IV. th. 5. in marg. fuit, 10. l. impud. l. 3. confit: l. 7. mango-  
 ricam, th. 37. l. 3. nimirum objectum justis: 45. l. 3. fide intell: 46. l. 4. salutis assec: 47. l. 2. gratia,  
 50. l. 3. testificationem, 65. l. 3. ut & coincid: 74. in marg. sanare, 83. l. 4. hereses, 84. l. 6. quomodo  
 à Papiis, 85. l. 21, 22. doctrinam de omnipr: 89. l. 1. prater, 115. l. 3. impetrat; 132. in marg. Protest:  
 141. l. 5. demisit & gratiam, 145. l. 1. Ezech: 18. Disp. V. th. 1. l. 11. offerendo, 35. l. 4. praescientia,  
 43. l. 7. commiseratio, 51. l. 9. sic latro, 54. l. 2. propter vestem; 69. l. 3. hinc, 77. l. 3. nuptiarum, 97. l.  
 3. terram, 111. l. 2. invitatum, l. 4. secus ve, 136. l. 6. ligatur, 141. l. 2. accedentium. Disp. VI. th.  
 33. l. 8. aspiduè script: 39. l. 1. facit. Disp. VII. th. 7. l. 5. exegit, 12. l. 1. jus suum strenuè, 16. l. 3.  
 male, 30. l. 1. Rege, 31. l. 8. continebantur, 35. l. 4. homo est, 62. l. 2. autem requiritur ad, 80. l. 4. hu-  
 milima sua angustia, 90. l. 1. Resp. 94. l. 1. Deflorationum, 106. l. 2. res erit, 112. l. 3. expressè, 113. l. 6.  
 minimi, 119. l. 11. fidem enim, 122. l. 7. que absol: 124. l. 2. argumentantur, l. 3. neg. prius ferendum,  
 126. l. 6. sincera, 127. l. 4. debebamus, 132. l. 1. Photinians, l. 4. facio, 135. l. 2. flagitat, 137. l. 2. inter-  
 veniente, l. 3. dele, que, 141. l. 1. obedientiam, l. 4. Deum & hom: l. 15. argumentatio, l. 16.  
 Deus deberet, 143. l. 6. Deo tuo. Disp. VIII. th. 8. l. 5. confessu. 10. l. 2. eandem, 13. l. 4. idoyro-  
 movia, 15. l. 2. suspecta, 18. l. 3. nonum, 21. l. 3. attēdas, 25. l. 7. designatum, 27. l. 1. Monachi, l. 2.  
 fuerit, 28. l. 1. verba sunt, ibid: pecunia, 34. l. 1. Quoad, l. 4. praeficiobantur, qui digniori, 37. l. 3.  
 propitiatorio, 38. l. 5. foret, 41. l. 1. eam, 43. l. 7. prior, 52. l. 5. Jos. 22. 59. l. 2. adversari, 61. l. 1. im-  
 putatur, l. 3. Dan. 7. 70. l. 7. adorandam, l. 10. ipse, 71. l. 6. etiamsi, 72. l. 7. colere, ibid. Valentiano,  
 73. l. 1. si auacia, 79. in marg. tributat, 84. l. 2. infidelis, 86. l. 2. asseruit; l. 6. simus, 87. l. 2. perspicuum  
 dictum, 90. l. 3. fieri vult, 92. l. 3. abderent, 95. l. 5. extant. 118. l. 3. ministerium, 126. l. 2. qui sub ipso  
 sunt: ita Deo reddere debent omnes, qui sub ipso; non Laici, 131. l. 1. nobis absq., 132. l. 3. obtru-  
 dunt, l. 6. stuant, 136. l. 3. cultus, 138. l. 1. Rectè, 142. l. 6. possunt, grassentur, l. 8. obruant, 153. l. 6.  
 4. 2. Tim. 2. 6. 4. 158. l. 6. Levitarum, 165. l. 6. expiantur, 168. l. 3. Evangelicorum. Disp. IX. th.  
 5. l. 1. matrimoniale, 7. l. 3. egit) 12. l. 4. 5. Domini advocare, 16. l. 8. reliqua, l. 9. abduxit, l. 10. mun-  
 danum, 28. l. 3. quā homo, 31. l. 4. alterutram, 32. l. 1. Addimus, 52. l. 2. Fimbria, 64. l. 3. suffice, 70.  
 l. 3. ipsum quatio demum minist: 71. l. 3. paschale, l. 4. dele, annus, (in litera K k in singulis pagi-  
 nis, lin. 1. lege: disput. 9.) 80. l. 2. differit, l. 3. aut etiam RELIGIOSA, 82. l. 6. ininitur, 85. l.  
 6. si natura, 95. l. 6. venerantur, 96. l. 4. nullam, 97. l. 7. meritorius, 100. l. 6. reperimus, 111. l. 3.  
 quod Cost: Disp. X. th. 30. l. 6. potior, 36. l. 1. comica, 44. l. 2. vexilla, 64. l. 4. cum sincera, 68. l.  
 1. dicitur, 70. l. 5. praedictiones, 100. l. 4. corruptionem, 106. l. 4. sequi, 113. l. 1. dele, non, 122. l.  
 7. Vallem Jos. Cætera benignus Lector corrigat, praesertim in litera V & Z. Auctori, sub  
 hac consignatione non visis.*

